B 390240



Digitized by Google

FROM THE LIBRARY OF
Professor Karl Heinrich Rau
OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG
PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BY
Mr. Philo Parsons
OF DETROIT
1871

Digitized by Google

DB
3
.F68

Digitized by Google

FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN COMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

XXIII. BAND.

URKUNDENBUCH DES CISTERCIENSERSTIFTES ZU HOHENFURT IN BÖHMEN.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1865.

Digitized by Google

PARSONS LIBRARY
University of
MICHIGAN

URKUNDENBUCH

DES

CISTERCIENSERSTIFTES B. MARIAE V.

ZU

HOHENFURT IN BÖHMEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

MATHIAS PANGERL.

MIT EINEM ANHANGE.

WIEN.

AUS DER KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1865.

Digitized by Google

Vorwort.

Unter den drei grösseren Klöstern, welche in der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts im Thale der Moldau erstanden und welche sämmtlich dem Orden der Cistercienser angehören, ist Hohenfurt das älteste. Während nun die Stiftungen Přemisl Ottokars II. und Wenzls II., Goldenkron und Königssaal, schon seit einer Reihe von Jahren nicht mehr existiren, blüht die bereits mehr als 600 Jahre zählende Stiftung der Herren von Rosenberg noch immer fort. Als deren erster Stifter wird in den Urkunden genannt der fromme und edle Wok von Rosenberg, einer der ersten Getreuen des Königs Přemisl Ottokar II. Wok von Rosenberg war böhmischer Landesmarschall und starb im Jahre 1262 als Landeshauptmann der Steiermark. Der Beginn seiner frommen Stiftung fällt in das Jahr 1259.

Die Geschichte des Cisterciensterstiftes Hohenfurt wurde zwar schon mehrfach bearbeitet, aber nur zwei dieser Bearbeitungen sind im Drucke erschienen *). Die erste derselben erschien als „eine diplomatische Skizze" im Jahre 1814 zu Prag unter dem Titel: „Der Ursprung des Cister-

*) Pillwein's Abriss der Geschichte des Cisterciensterstiftes Hohenfurt (Österreich. Arch. 1833, Nr. 123 und 124) mit seinen falschen „Berichtigungen" ist kaum hieher zu rechnen

Digitized by Google

cienser-Stiftes Hohenfurt in Böhmen". Ihr Verfasser war der Stiftsangehörige X. M. Millauer, der intime Freund des gelehrten Florianer Stiftsherrn F. Kurz. Es ist diese Schrift, in welcher 27 der älteren bis dahin theilweise ganz unbekannten Urkunden des Stiftes nebst guten Anmerkungen abgedruckt wurden, bereits ziemlich selten geworden. — Die zweite Bearbeitung erschien im Jahre 1859 aus Anlass des Jubiläums, welches das Stift zur Erinnerung an sein 600jähriges Bestehen feierte. Diese Schrift: „Das Cisterciensterstift Hohenfurt in Böhmen, von Dr. Franz Isidor Proschko, Linz 1859", ist aber ziemlich flüchtig und wenig kritisch gearbeitet und hat daher auch nur geringen Werth.

Die Geschichte der bedeutendsten Rosenbergischen Stiftung hat also nach dem eben Gesagten bei ihrer Bearbeitung noch immer nicht die ihr gebührende Aufmerksamkeit gefunden. Der Herausgeber dieses Urkundenbuches hat sich nun mit grosser Vorliebe für die Sache daran gemacht, eine ausführliche und kritische Geschichte dieser Stiftung zu verfassen. Als Vorläufer derselben gibt er dieses Urkundenbuch, dessen Erscheinen die Freunde böhmischer Geschichtsforschung wohl freundlich begrüssen dürften.

Die Abschriften der Urkunden machte der Herausgeber mit grösstmöglicher Genauigkeit, so wie er auch auf die Beschreibung der Siegel bedeutende Sorgfalt verwendete. Nach seinem besten Wissen hat man bei Herausgabe von Urkundenbüchern bisher den an den Urkunden befestigten Siegeln zu geringe Aufmerksamkeit geschenkt. Denn hat auch das an der Urkunde hängende Siegel für den Geschichtsforscher nur

Digitized by Google

wenig oder gar kein Interesse, so hat es doch ein solches und vielleicht bedeutendes für den Diplomatiker und Sphragistiker. Diesen sollten nun darüber von den Herausgebern der Urkundenbücher wenigstens ausführlichere und verlässlichere Andeutungen gegeben werden, als es bis jetzt geschehen ist, da man sich meist mit höchst mageren Angaben über Gestalt, Legende, Zeichen u. s. w. des Siegels begnügt hat. Übrigens soll auch nicht übersehen werden, dass die Siegel zu den wichtigsten Quellen der Genealogie gezählt werden müssen.

Man wird unter den nachstehenden Urkunden die eine und die andere finden, welche nach ihrem Inhalte in ein Urkundenbuch des Stiftes Hohenfurt scheinbar nicht gehören. Ich sage „scheinbar"; ein Beispiel soll diesen Ausdruck näher erklären. Die Cistercienser von Hohenfurt kauften z. B. im 16. Jahrhunderte von den Cisterciensern in Goldenkron ein Gut. Nun liessen sich jene von diesen, die Käufer von den Verkäufern, ausser dem Kaufobjecte auch alle auf dasselbe Bezug habenden und bis dahin ausgestellten Urkunden ausliefern. Ich fand daher keinen Grund, derartige Urkunden von dieser Sammlung auszuschliessen. Wenn sich nichts desto weniger auch einige wenige finden, auf welche obiges Beispiel keine Anwendung findet, so ist ihre Aufnahme hier wegen des Interesses, das sie sonst dem Geschichtsforscher bieten, erfolgt. Freilich ist durch dieses Verfahren das Urkundenbuch des Cisterzienserstiftes zu Hohenfurt mehr zu einem Urkundenbuche, zusammengestellt aus den Schätzen des Hohenfurter Stiftsarchives, geworden. Ich hoffe aber, dass man mir dieses Verfahren nicht als groben Fehler anrechnen wird.

Digitized by Google

I.

O. J. und T. und AO. — W. von Rosenberg bittet den Abt und Convent der Cistercienser zu Cîteaux, seine neue Stiftung (zu Hohenfurt) ihrem Orden einzuverleiben.

Reuerendo in Christo patri et domino . . . abbati Cysterciensi totique conuentui ordinis eiusdem W. de Rosenberch marscalcus Boemie sinceram et paratam ad obsequia uoluntatem. Habentes in desiderio pro nostra nostrorumque progenitorum et successorum salute et remedio animarum abbatiam uestri ordinis construere et fundare, discretioni uestre significamus, quod inuocata sancti spiritus gratia presente venerabili abbate et quibusdam fratribus de Ylaria de consensu et expressa uoluntate coniugis nostre et aliorum amicorum nostrorum ad hoc locum distinximus satis aptum, uolentes eum predicto abbati de Ylaria et eius ecclesie tanquam matri filiam in perpetuum obedire. Dotauimus etiam locum supradictum redditibus sexaginta talenta plene persoluentibus, addentes duas uineas cum piscationibus pascuis et nemoribus spatiosis, in proposito tenentes de die in diem nostra possibilitate eosdem redditus augmentare. Quare douotionem uestram petimus studiose, quatenus antedictum locum uestro ordini incorporare dignemini propter deum.

1. Nach Stülz Geschichte von Wilhering, p. 530, Nr. 52. „Das zerbröckelte Siegel", bemerkt derselbe, „stellt vor das Leibstück eines Geharnischten mit einem Schwerte in der Rechten". Vergl. die Beschreibung des Siegels an der Urkunde Nr. VIII.

2. Stülz a. a. O. — Millauer p. 5. — Prosehko p. 1.

II.

1259. 23. Mai, *Thin. — Bischof Johann von Prag bestätigt die von dem böhmischen Landesmarschalle, Wok von Rosenberg, den Cisterciensern gemachte Schenkung des Patronatsrechtes über die Kirchen in Priethal und Rosenthal.*

Johannes dei gratia Pragensis episcopus vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in domino perpetuam. Justis petentium desideriis iustum est prebere assensum, et uota que a racionis tra-

Digitized by Google

mite non discordant, complere effectu debito consequente. Sane cum in peticione viri nobilis Wokonis de Rosenberc, marsalci regni Boemie, dilecti compatris nostri, acceperimus humili et deuota, ut donacionem suam, quam ipse super ecclesiis in Rosental et in Predol, quarum ad ipsum ius pertinuit patronatus, fratribus Cisterciensis ordinis ob amorem eius, quem ipsi fratres salcatis illecebris huius mundi pauperem pauperes imitantur, pro remedio anime sue suorumque parentum sollempniter fecit, pleno iure in perpetuum possidendam ratificare et confirmare nostris litteris curaremus: nos qui etiam ex debito dictum ordinem interne caritatis brachiis amplectimur, puro corde peticioni huic, que uidetur racionabilis et honesta, ex sinceris affectibus annuentes donacionem huiusmodi in nomine patris et filii et spiritus sancti duximus confirmandam. In cuius rei testimonium et uigorem presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Thin anno domini M° CC° LIX°, X° Kalendas Junii, pontificatus nostri anno primo.

Ziemlich grosses, an Pergamentstreifen hängendes und gut erhaltenes Siegel in weissem Wachs. — Ein Bischof in seinem Ornate, sitzend, in der Rechten einen Stab, in der Linken ein Buch haltend. — ✝ Sigill. Johis. (Johis steht in kleinerer Schrift unter Sigill.) Di. Gra. Sce. Pragen. Ecclie. Episcopi. — Das kleine runde Gegensiegel weist einen Adler mit ausgebreiteten Flügeln. — Sigillvm. Secretor.

III.

1259. 1. Juni, *O. AO. — Bischof Johann von Prag bestätigt die an das neue Cistercienserkloster zu Hohenfurt von dessen Stifter, Wok von Rosenberg, gemachten Schenkungen.*

Johannes dei gratia Pragensis episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Pie postulatio uoluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires indubitanter assumat. Eapropter uniuersitati uestre huius scripti continencia volumus esse notum, quod nobilis vir Wocco de Rosmberk, marsalcus regni Boemie, compater noster karissimus, cenobio quod in honore et memoria sancte Marie gloriose uirginis de nouo fundari fecit, in bonis suis ultra Rosmberk sub nemore Cisterciensis ordinis nostre dyocesis, Hohenuurt uulgariter appellato, pro suorum peccatorum remedio, propriam et progenitorum suorum salutem operibus misericordie procurare cupiens, predia ecclesias decimas de nostra conni-

Digitized by Google

uencia et subscriptos reditus rationis sue compos existens pietatis intuitu dedit liberaliter et concessit; ac de hiis ut patronus legitimus et fundator dotauit cenobium supradictum coram nobis et suis multis commilitonibus et amicis de consensu Heduigis dilecte coniugis sue et principalium consanguineorum suorum, metas speciales ei et legitimos distinguendo terminos uoce propria in hunc modum: Nemus ex altera parte Wlytaue fluminis uersus occidentem attingens uiam illam que ducit Helfenberk, Hohenuurt cenobio quod de nouo fundaui, faciat metam unam; et in parte orientali alia meta transit riuum quendam qui uocatur minor Wlitauich, et ambit pratum Zbyadel, ut idem pratum cum aliis bonis conclusum ipso termino ad dictum cenobium pertineat integraliter pleno iure. Item alia meta in riuo Mokri nomine terminetur, qui terminus incipiens a flumine Wlitaua dirigitur ascendendo usque ad hortum riuuli iam predicti, et inde per montem Hradisch in minorem Wlitauich reuertitur ex directo, et ascendit in illo riuo usque ad altitudinem silue Boemiam et Bauariam diuidentem. Item alia et ultima meta ex ista parte Wlitaue incipiens ab ipsa Wlitaua ascendit per decursum cuiusdam ripe, que Psyn uocatur, usque ad montem quendam Strasedelnik nominatum et ab eo ascendit directe preteriens metas et terminos uillarum que fuerant Suatomiri, usque ad metas domini Witkonis de Crumlow. Predicto insuper cenobio piscaturas concessit et per has metas distinxit, uidelicet quod mete piscationis iamdicte incipiant a riuo Mokri in flumine Wlitaua et ascendant usque ad metas Witkonis predicti. Ilii autem sunt redditus et predia de quibus mentio est facta superius, quos ipse Wocco in nostra presencia uoce sua expressit publice isto modo: Do, pater reuerende domine Johannes Pragensis episcope, de assensu uestro et iam dedi Hohenuurt cenobio de nouo fundato ecclesiam in Rosntal cum omnibus suis pertinenciis et usu totali, et partem tertiam decimarum tam de hiis villis meis quibus utor, quam de illis quas in feudo contuli de parrochia ecclesie iam predicte, et de curia mea Milnich decimas integrales. Item do ecclesiam in Predol cum omni fructu qui ab ea poterit prouenire, et de toto Predol decimas plenas, et de villis ad me et ecclesiam de Predol iamdictam spectantibus ac de curia mea Polen decimas integrales, et in Slauetych de septem araturis decimas totales et plenas que dicuntur integrales, frugum scilicet agnellorum porcellorum caseorum et aliorum cunctorum prouentuum. Item uillam Sedlech iuxta Predol,

Digitized by Google

que etiam in Predol ad ecclesiam pertinebat. Item villam Guteprunne superiorem, que est sita iuxta Strobnich, cum omni suo fructu. Item uilla Wintersdorph me procurante ad idem cenobium est donata. Item de villa mea Lutwinouich tercium manipulum decimarum, et de villa mea Plan etiam partem tertiam decimarum. De assensu insuper uestro, domine episcope, do uolo et ordino ac dispono incommutabiliter, ut omnes ville que in hereditate mea situm habent inter Wlitauam et ripam Wlitauich maiorem, et que ibidem inposterum locabuntur, ad forensem ecclesiam in Hohenuurt pertineant et ab ipsius ecclesie plebano qui pro tempore fuerit, incole earum recipiant uniuersa ecclesiastica sacramenta, et ei parrochalia iura persoluant, et ab eo audiant divina officia, et corpora defunctorum sepeliantur in eiusdem ecclesie cimiterio sicut decet, et dent ipsi plebano de omnibus agris quos excolunt et excolent in futurum, partem terciam decimarum. Item in terra Opauie villam unam nomine Kotchen de nouo fundatam et plantatam cum omni suo iure et prouentibus donau (sic) cenobio antedicto. Item de Sonberk duas partes decimarum, et de Stradenich tercium manipulum decimarum, et de curia nostra Malsich decimas integrales. Item in Sedlechrut duas areas cum agris suis. Item villam Babich cum omni prouentu, qui ex ea poterit prouenire. Item villam Ponedraz apud Wesele dedi dicto cenobio pleno iure. Et hec omnia et singula sepedictus Wocco compater noster donauit nominato cenobio Hohenuurt libere quiete plenarie et integre iure hereditario perpetuo possidenda, petens a nobis humiliter et deuote, ut hoc factum eius in omnibus et per omnia generaliter et singulariter dignaremur nostre confirmationis robore et litteris nostris facti seriem continentibus cum sigilli nostri apensione, ut conuenit, roborare. Nos uero piis uotis et salubribus desideriis fauore beniuolo concurrentes, donationem dotationem et ordinationem ipsius in premissis omnibus et singulis premissorum rite et rationabiliter ac sulubriter et legitime celebratam auctoritate qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, facientes ipsum honorabili dicti cenobii sigilli nostri caractere insignitum conuentui fauorabiliter assignari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis contrarium attemptare presumpserit cum Datan et Abyron et cum Juda traditore domini et cum hiis qui dixerunt domino deo: „Recede a nobis scientiam uiarum tuarum

Digitized by Google

nolumus", recipiat porcionem. — Actum et datum anno gratie M°C°C°lviij. Kl. Junii. Indictione XV.

1. Siegel an grünrothen Seidenfäden hängend und beschädigt; sonst wie in II.

2. Jongelin Not. abb. Ord. Cisterc. lib. V. p. 10. — Sommersberg, Scriptt. I, p. 927 n. 9. — Millauer p. 12. — Proschko p. 3.

IV.

1259. 1. Juni, Hohenwrt. — *Budiwoy von Krumau schenkt dem neuen Cistercienserkloster zu Hohenfurt seinen Antheil an dem sogenannten Klosterwald.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Qvoniam eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est ea tam testium quam scripture munimine perhennari. Nos igitur Bvdwoy de Krvmbenowe notum facimus et constare uolumus presentium inspectoribus vniuersis, quod de consensu et expressa voluntate uxoris nostre Perhte liberorumque nostrorum cenobio in Hohenwrt ordinis Cysterciensis, quod diuina inspirante gracia ad honorem sancte perpetueque virginis dei genitricis Marie ob remedium anime sue Woko patruelis noster, marsalcus videlicet Boemie, de nouo fundare et construere in communi nostra possessione inchoauit, eam partem silue que nos iure hereditario contingebat, ut ipsius boni propositi et remunerationis diuine participes simus et nominis fundatoris, per manum domini Johannis venerabilis episcopi Pragensis in dedicatione eiusdem ecclesie dedimus in perpetuum pleno iure exceptione qualibet pretermissa, metas eiusdem predicto cenobio legitimas distinguentes. Hec autem sunt mete: Nemus ex altera parte Wlte in occidentali parte attingens uiam illam que ducit in Helfenberch, in orientali parte transiens riuum quendam qui uocatur minor Wltawitz, et pratum Zbyadel inclusiue, ita quod idem pratum ad cenobium integraliter pertineat; et meta in riuulo Mokri nomine terminetur, et incipiens a flumine Wlta dirigitur ascendendo usque ad ortum riuuli iam predicti et inde per montem Hradisch in minorem Wltawitz reuertitur ex directo, et ascendit in illo riuo usque ad altitudinem silue Boemiam et Bawariam diuidentem. Ut autem predicta robur habeant firmitatis, presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes autem qui aderant, sunt: Dominus Johannes prenotatus venerabilis episcopus Pragensis ecclesie. Dominus Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberch. Wern-

Digitized by Google

hardus et Heinricus eiusdem tituli fratres minores. Dominus Gerbertus. Dominus Livpoldus. Habelo. Andreas. Prehtlo. Chunradus de Turdelinge. Benada. Benisius. Bvdilaus purchrauii de Rosenberch, et alii quam plures. Datum et actum in Hohenwrt anno domini M° CC° lvmj. Kal. Junii. Indictione XV.

1. Gut erhaltenes dreieckiges, an gelbrother Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. — Eine fünfblätterige Rose; in jeder der drei Ecken ein Vogel, von denen der in der Dreieckspitze befindliche offenbar einen Schwan vorstellt. — Si. Budivoi. De. Crvmnov.

2. Millauer p. 23, n. 2.

V.

1259. 1. Juni, Hohenwrt. — *Witigo von Krumau schenkt dem neuen Cisterciensercloster zu Hohenfurt seinen Antheil an dem sogenannten Klosterwald.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam testium quam scripture munimine perhennari. Nos igitur Witigo de Krvmbenowe notum facimus et constare uolumus presentium inspectoribus uniuersis, quod de consensu et expressa uoluntate uxoris nostre Sibille liberorumque nostrorum cenobio in Hohenwrt ordinis Cysterciensis, quod diuina inspirante gracia ad honorem sancte perpetueque uirginis dei genitricis Marie ob remedium anime sue Woko patruelis noster, marsalcus videlicet Boemie, de nouo fundare et construere in communi nostra possessione inchoauit, eam partem silve que nos iure hereditario contingebat, ut ipsius boni propositi et remunerationis diuine participes simus et nominis fundatoris, per manum domini Johannis venerabilis episcopi Pragensis in dedicatione eiusdem ecclesie dedimus in perpetuum pleno iure exceptione qualibet pretermissa, metas eiusdem predicto cenobio legitimas distinguentes. Hec autem sunt mete: Nemus ex altera parte Wlte in occidentali parte attingens uiam illam que ducit in Helfenberch, in orientali parte transiens riuum quendam qui uocatur minor Wltawitz, et pratum Zbyadel inclusiue, ita quod idem pratum ad cenobium integraliter pertineat; et meta in riuulo Mokri nomine terminetur, et incipiens a flumine Wlta dirigitur ascendendo usque ad ortum riuuli iam predicti et inde per montem Hradisch in minorem Wltawitz reuertitur ex directo, et ascendit in illo riuo usque ad altitudinem silue Boemiam et Bawariam diuidentem. Ut autem predicta

Digitized by Google

robur habeant firmitatis presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes autem qui aderant sunt: Dominus Johannes prenotatus venerabilis episcopus Pragensis ecclesie. Dominus Heinricus et Wernhardus fratres de Schowenberch. Wernhardus et Heinricus eiusdem tituli fratres minores. Dominus Gerbertus. Dominus Liupoldus. Habelo. Andreas. Prehtlo. Chonradus de Turdelinge. Benada. Benysius. Bvdylaus purchrauii de Rosenberch, et alii quam plures. Datum et actum in Hohenwrt anno domini M° CC° vnj° Kal. Junii. Indictione XV.

Gut erhaltenes dreieckiges, an gelbrother Seide hängendes Siegel in w. W. — Ein aufrecht einhersehreitender einfach geschwänzter Löwe hat vor sich die fünfblätterige Rose. — S. Vitigonis. De. Crhvmuovve. Vergl. XXIII.

VI.

1260. Juni, Hohenfurt. — *Wok von Rosenberg erneuert und vermehrt die von ihm seiner Stiftung zu Hohenfurt gemachten Schenkungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, perhennantur testibus et scriptura. Nos igitur Wocco de Rosenberch marscalcus Boemie notum facimus et constare uolumus presentium inspectoribus vniuersis, quod nos de consensu et expressa uoluntate uxoris nostre omniumque parentum nostrorum utrobique diuina nobis inspirante gratia cenobio in Hohenfurt ordinis Cisterciensis, quod ad honorem sancte perpetueque uirginis dei genitricis Marie pro nostra nostrorumque progenitorum et successorum salute et remedio animarum de nouo fundare et construere incepimus, pio fauore predia hic subscripta redditusque subscriptos contulimus in perpetuum pleno iure exceptione qualibet pretermissa, metas predicto cenobio legitimas similiter distinguentes. Hec autem sunt mete: Nemus ex altera parte Wůlte in superiori parte attingens uiam illam que ducit in Helfenberch, tangens in inferiori parte riuum quendam qui uocatur minor Wůltawitz, et pratum Zbyadel inclusiue, ita quod idem pratum ad cenobium supradictum integraliter debeat pertinere; incipiendo ab aqua Wůlta extenditur per ascensum antedicti riui usque ad altitudinem silue Boemiam et Bawariam diuidentem. Item ex ista parte Wulte incipiendo ab ipsa Wulta dirigitur per ascensum cuiusdam ripe que Pzyn uocatur, usque ad montem quendam Strasedelnik nominatum, et ab eodem directe ascendit pertranseundo metas uillarum Zwatemyri

Digitized by Google

usque ad metas domini Witigonis de Krvmmenowe. Sepedicto uero cenobio piscaturas dedimus distinguentes sic, quod a prato Zbyadel in aqua Wůlta incipiant et ascendant, usque tangant metas domini Witigonis. Attamen uolumus, quod piscatoribus nostris piscari liceat in eadem. Hii uero sunt redditus quos ad cenobium dedimus supradictum: Ecclesiam in Rosental cum usu totali et partem terciam decimarum tam de nostris villis quam de aliis, quas contulimus in feodo in parrochia iam predicta, et de curia nostra Michenitz decimas integrales. Item ecclesiam in Predal cum omni fructu qui ab ea poterit deuenire, et de curia nostra Polen decimas similiter integrales, et in Zlawatitz de septem aratris decimas frugum totas et de caseis et agnis et aliis uniuersis. Item villam in Cedelitz iuxta Predal, que etiam antea ad ecclesiam Predal pertinebat. Item uillam Gvtenprvnne superiorem, que est iuxta Strobnitz sita, cum omni prouentu. Item de uilla nostra Levtwinitz tercium manipulum nostrarum decimarum et de villa nostra Plan etiam partem tertiam decimarum. Fatemur similiter sepedicto cenobio nos duas vineas contulisse, quarum unam comes de Hardekke nobis dedit, alteram uero noster consobrinus de Schowenberch iunior Werenhardus. Item in terra Opauie uillam unam Kotzen nomine fundatam nouiter et plantatam cum omnibus prouentibus ab ea uenientibus, et in ea in presenti quinquaginta et duo uiri hospites commorantur. Item de Svnnenberch partem decime, que nos contingit. Item de villa Stradonitz tercium manipulum decimarum. Item de curia nostra Malschit[z] decimas integrales. Item in Cedlikstrevt aream unam cum agro predicte aree pertinenti. Item villam Wawitz cum omnibus prouentibus, qui ex ea poterunt prouenire. Vt autem antedicta robur habeant firmitatis presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes autem qui aderant, sunt: Dominus Heinricus et Werenhardus fratres de Schowenberch. Werenhardus et Heinricus eiusdem tituli fratres iuniores. Dominus Bvdewoy et dominus Witigo de Krummenowe frater suus. Dominus Poppo. Dominus Johannes. Dominus Gerbertus. Benata et Benisius purchyrauii in Rosenberch et alii plures. Acta sunt autem in Hohenfurt et scripta in Rosenberch anno gratie domini M° CC° saxagesimo in mense Junii.

1. Das Siegel in weissem Wachs, an rother Seide hängend, ist jetzt ganz zerbröckelt.

2. Millauer p. 26 im Auszuge.

Digitized by Google

VII.

1260. *O. T. Intentoriis apvt Morawam. — Königin Margareth von Böhmen gibt dem Wok von Rosenberg die Grafschaft Retz zu Lehen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Qvoniam eorum qve gervntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam scripturarum quam testivm munimine perennari. Igitur nos Margareta domina regni Boemie dveissa Austrie et Styrie marchionissa Moravie vniuersis in perpetuum notum esse cupimus, quod nos Wocconi de Rosenberch, cuius fidei puritatem per experientiam agnovimus, et maxime nobilitatem suam attendentes, qvia in progenitoribus suis liberis atque nobilibus vitam ducens comicias vel maiores dignitates, si sibi collate fuerint, tenere poterit et habere, de consensv et expressa volvntate maritis (sic) nostri incliti regis Boemie, sicut in ipsius continetur plenius instrumento, predicto Wocconi et suis post ipsum heredibus in perpetuum comitiam in Rakz contulimus suo iure, scilicet patronatum ecclesiarum de iam dicta comicia homines beneficiatos et feoda habentes in ea, iudicia advocatias ad comitiam pertinentes, dotes que wlgariter lipgedinge nominantur, siue possessiones per obligacionem expositas, que suo tempore absolute ad antedictam debent comiciam pertinere; et omnia alia iura quocumque nomine sint vocata, nulla condicione [aut exceptione interpo-] sita sepedicto Wokoni et suis heredibus, vt predictum est, contulimus iure et tytulo feodali. Vt autem hec collacio robvr obtineat firmitatis presentem paginam conscribi et sigilli nostri mvnimine iussimus roborari. Testes autem qui aderant sunt: Dominus Philippus Salzburgensis ecclesie electus. Dominus Bruno venerabilis Olomucensis episcopus. Dominus Otto illustris marchio Branburgensis. Dominus Vlricus inclitus dvx Karintie*). Dominus Heinricus dvx Polonie. Dominus Werenhardus et Heinricus fratres iuniores de Schowenberch. Dominus Heinricus pvrcravius de Dewin. Dominus Hoyerius de Vridberch. Dominus Gerossius pvrcravius Pragensis. Dominus Zmilo de Lewchtenberch. Dominus Ratmirus de Phremperch. Dominus Hermannus de Richnawe. Dominus Bavarus de Strakonitz. Dominus Vlricus dictus Lepus. Dominus Wilhalmus de Bodebrade. Dominus Pvrchardvs de Klingenberch. Dominus Sdezlaus

*) In „Karintye" von anderer Hand verändert.

Digitized by Google

de Sternberch. Dominus Bvdiwoy de Zealiz. Dominus Hoyerius de Swinz. Dominus Vlricus de Novadomo. Dominus Heinricus de Lichtenstein. Dominus Otto de Meysow. Dominus Otto de Haslaw. Et alii quam plures. Acta autem sunt hec in La. Datvm in tentoriis apvt Morawam anno ab incarnacione domini millesimo dvcentesimo sexagesimo.

1. Diese Urkunde ist zierlich geschrieben, ohne Linien, und hat bereits durch Feuchtigkeit gelitten. Die eingeklammerte Stelle ist aus einer alten Abschrift ergänzt. — Das stark zerbröckelte Siegel an rother Seide hängend und in weissem Wachs abgedruckt. Die rechte Hälfte ist nun bis auf einen kleinen Theil verloren. — Eine auf einem Throne sitzende weibliche Figur? — . . Margareta . Di . Gra . Dveissa . . .

2. Kurz, Ott. Alb. II, 175, n. 2.

VIII.

1261. 29. Mai, Gretz. — *Wok von Rosenberg erneuert und vermehrt die von ihm seiner Stiftung zu Hohenfurt gemachten Schenkungen.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam testium quam scripture munimine perhennari. Nos igitur Wocho marscalcus Boemie notum facimus et constare uolumus presentium inspectoribus vniuersis, quod de consensu et expressa uoluntate uxoris nostre omniumque parentum nostrorum utrobique diuina inspirante gratia cenobio in Hohenvurt ordinis Cysterciensis, quod ad honorem sancte perpetueque uirginis dei genitricis Marie pro nostra nostrorumque progenitorum et successorum salute et remedio animarum de nouo fundare et construere incepimus pio fauore, predia hic subscripta redditusque subscriptos dedimus in perpetuum pleno iure exceptione qualibet pretermissa, metas predicto cenobio legitimas distinguentes. Hec autem sunt mete: Nemus ex altera parte Wulte in occidentali parte attingens uiam illam que ducit in Helfenberch, in orientali parte transiens riuum quendam qui uocatur minor Wultawitz, et pratum Zbyadel inclusiue, ita quod idem pratum ad cenobium integraliter pertineat, et meta in riuulo Mokri nomine terminetur, et incipiens a flumine Wulta dirigitur ascendendo usque ad ortum riuuli iam predicti, et inde per montem Yradiss in minorem Wultawitz reuertitur ex directo, et ascendit in illo riuo usque ad altitudinem silue Boemiam et Bawariam dividentem. Item ex ista

Digitized by Google

parte Wulte incipiens ab ipsa Wulta ascendit per decursum cuiusdam ripe que Pyzin uocatur, usque ad montem Strasedelnik nominatum, et ab eo ascendit directe preteriens metas uillarum que fuerant Zwatemyri, usque ad metas domini Witegonis de Krummenowe. Sepedicto vero cenobio piscaturas dedimus similiter distinguentes metis, sic quod incipiant a riuulo Mokry in flumine Wulta et ascendant usque ad metas domini Witigonis. Hii autem sunt redditus, quos ad cenobium dedimus supradictum: Ecclesiam in Rosental cum usu totali dedimus et partem terciam decimarum tam de nostris uillis, quibus utimur in presenti, quam de illis, quas in feodo contulimus de parrochia iam predicta, et de curia nostra Michenitz decimas integrales. Item ecclesiam in Predol cum omni fructu, qui ab ea poterit prouenire, et de curia nostra Polen decimas similiter integrales, et de Zlawatitz de septem aratris decimas frugum totas, et de caseis et agnis decimas et de aliis vniuersis. Item uillam Cedelitz iuxta Predal, que etiam antea ad ecclesiam in Predal pertinebat. Item uillam Gutenprunne superiorem, que est sita iuxta Strobnitz, cum omni suo fructu. Item uilla Winthersdorf nobis procurantibus ad idem cenobium est donata. Item de uilla nostra Levtwinitz tercium manipulum dedimus decimarum, et de uilla nostra Plan etiam partem terciam decimarum. Fatemur similiter, nos duas uineas dedisse ad cenobium sepedictum, quarum unam comes de Hardekke dedit nobis, alteram vero consobrinus noster de Schowenberch Werenhardus iunior dedit nobis. Item in terra Opauie uillam unam nomine Kotzen nouiter fundatam et plantatam cum omni suo iure et prouentibus ad cenobium dedimus antedictum. Item de Sunnenbereh duas partes decimarum ad idem cenobium dedimus, et de Stradonitz tercium manipulum decimarum, et de curia nostra Malschitz decimas integrales. Item in Cedlixrevt duas areas cum agris suis. Item uillam Wawitz cum omni prouentu, qui ex ea poterit prouenire. Ad hec autem uillam Ponedraz apud Wezzal dedimus ad idem cenobium pleno iure. Item cum essemus in extremo tempore uite nostre dedimus forum Stradonitz, et uillam Plan et curiam Malschitz eidem cenobio integraliter iure pleno. Vt autem predicta robur habeant firmitatis presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes autem qui aderant, sunt: Dominus Heinricus et Werenhardus fratres de Schowenberch. Werenhardus et Heinricus eiusdem tituli fratres iuniores. Dominus Budewoy et dominus Witigo

Digitized by Google

de Krummenowe. Dominus Gerbertus. Dominus Leupoldus. Dominus Habelo. Dominus Andreas. Dominus Prechtilo de Ried. Cunradus de Turdeling. Benata. Benysius. Budelaus, purchgrauii de Rosenberch; et alii quam plures. Datum et actum in Gretz. Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo nj° Kal. Junii.

1. Entzwei gebrochenes, dreieckiges, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein auf einem brückenartigen Postament stehender gewappneter Ritter hält in der an die Hüfte gestemmten Rechten ein grosses Schwert, in der Linken aber einen Schild mit der fünfblätterigen Rose. Der Helm weist fächerartigen Schmuck. — † Sigillvm. Woecon. . D. . osenberc.

2. Millauer p. 30, n. 4.

IX.

1261. *O. T. O. AO. — Wok von Rosenberg schenkt seiner Stiftung zu Hohenfurt die Kirche zu Wesely und das Dorf Ponědraz.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam eorum qui geruntur, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam scripturarum quam testium munimine perhennari. Igitur ego Wocko de Rosenperch marsalcus Boemie vniuersis in perpetuum notum esse cupio, quod de consensu et expressa voluntate uxoris mee Hadwigis atque consilio et uoluntate domini Jo. venerabilis episcopi Pragensis compatris mei ad fundationem meam ad claustrum scilicet Hohenfurt ecclesiam in Wezzel et villam Ponedraz iuxta Wezzel sitam donaui integraliter cum omnibus prouentibus, qui (ex ei-)s poterunt prouenire. Et sciendum quod iam dictam ecclesiam cum tercia parte decimarum et restauro dato de aliis bonis mei(s) pro uilla predicta. Dominus Lenco plebanus predicte ecclesie ad uitam suam tantum habebit. Vt autem hec don-(atio majus ro-)bur optineat firmitatis, presentem litteram conscribi iussi et sigilli mei munimine roborauí. Testes autem qui aderant (sunt): Dominus Witigo de Crummenowe, dominus Albertus de Borschow, dominus Billungus, dominus Jacobus, dominus Hirzo, dominus Hotizlaus, dominus Nicolaus, dominus Gerbertus, dominus Liupoldus, Benisius cum fratribus suis, et alii quam plures. Acta sunt hec anno (domini) M° CC° lx° I°.

1. Diese Urkunde ist an mehreren Stellen schon früh von den Schaben beschädigt worden, indem bereits in alten Abschriften sich dieselben Lücken finden. Nach „bonis meis“ folgt noch ein Wort, dessen Iniciale wahrscheinlich ein d ist und dessen Endsylbe ein b oder h oder l mit einer Abkürzung enthält.

Digitized by Google

Das Siegel wie in VIII, zwar gut erhalten, aber sehr schlecht abgedruckt, so dass von der Umschrift nur † und Ro deutlich zu erkennen ist.

2. Millauer p. 27, n. 3.

X.

1261. 11. Juni, Prag. — *Bischof Johann von Prag bestätigt die Schenkung, welche Wok von Rosenberg dem Stifte Hohenfurt mit der Kirche zu Wesely macht.*

Vniversis Christi fidelibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Johannes dei gratia ecclesie Pragensis episcopus in perpetuum. Quoniam ex officii nostri sollicitudine tenemur piis fidelium votis annuere et illis maxime, quibus eterne uite meritum augetur et commodum religiose uiuentibus augmentatur, nobilis viri dilecti compatris nostri Wokkonis de Rosenberch marscalci Boemie peticionem tanto beniuolentius admisimus, quanto eam plenius cognouimus de magne deuotionis fomite processisse. Siquidem pro subleuatione nouelle plantacionis sue monasterii videlicet de Altovado Cisterciensis ordinis nostre dyocesis ius patronatus ecclesie de Wezzel, quod ipse iuste possidet et quiete, de consensu nobilis vxoris sue Hedwidis monasterio contulit supradicto petens humiliter, quatenus nos ipsam donationem ratam habentes permissione nostra dignaremur firmare et ius patronatus predicte ecclesie de Vezzel sepedicto monasterio de Altovado in possessionem perpetuam instrumento auctentico confirmare. Nos vero peticionem hanc advertentes rationabilem et deuotam auctoritate omnipotentis dei et beati Viti martyris ius patronatus ecclesie de Vezzel monasterio de Altovado in possessionem perpetuam presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc confirmationis nostre paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hominum nostre iurisdictionis contrarium attemptare presumpserit ipso facto sic nouerit excommunicationis sententiam incidisse. Datum Prage tercio Idus Junii. Pontificatus nostri anno tercio. Testes autem qui aderant sunt: Dominus Witigo de Chůmenowe. Dominus Albertus de Borschowe. Dominus Bilungus. Dominus Jacobus. Dominus Hirzo. Dominus Hotizlaus. Dominus Nicolaus. Dominus Gerbertus. Dominus Liupoldus. Benisius cum fratribus suis; et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°. CC°. lx° I°.

Die beiden Siegel, welche einmal an dieser Urkunde hingen, sind nicht mehr vorhanden.

Digitized by Google

XI.

1261. 29. Juni, Richenovve. — *Agnes, Witwe nach Pilgrim von Wittingau, schenkt dem Stifte Hohenfurt die Kirche zu Deutsch-Reichenau bei Gratzen.*

† In nomine sancte et indiuidue trintatis (sic) amen. Ego Agnes humilis ancilla Christi vxor quondam domini Pilgerimi de Vvitigenovve nunc marito uidnata deo autem dicata omnibus Christi fidelibus presens scriptum legentibus in perpetuum. Acturi sumus coram omnium redemptore simul et iudice illuc, necesse est, nos preueniant, nobis si uolumus ut subueniant, aduocati. Aduocati autem illi sunt, de quibus dicit dominus in evvangelio: „Facite uobis amicos de mammona iniquitatis". Amici huiusmodi amici certi, et in die calamitatis et miserie nescii suum nescire cultorem. Hii profecto pauperes intelliguntur. Pauperes autem suppremum tribunal, in propulsandis delationibus obtinent principatum. Vnde fit, ut bene speret de iudice Christo, quicunque sub Christo pauperum meruerit interuentum. Cernens igitur pauperes non esse ueriores et nuncios ueri Jesu in urbem Jerichontinam cerciores quam ordinis Cysterciensis cultores, qui nudi dominum nudum sequntur, mundi gaudia cum flore suo spernunt, et ad celestia possidenda anhelant. Horum suffragiis credens me in resurrectione partem cum ipsis habituram, domui que Altumuadum dicitur, ordinis Cysterciensis in honore beate semperque uirginis Marie constructe ab illustri barone et marscalco principis Boemie Vvokkone, et a sanctissimo Johanne Pragensis ecclesie pontifice sollempniter dedicate, fratribusque ibi iugiter deo et beate Marie semper uirgini famulantibus ecclesiam in Richenovve mihi uaccantem iure hereditario in perpetuo tradidi manu potestatiua cum omni iure, quo a nouella plantatione fuit fundata et a venerabili Johanne episcopo Pragensis ecclesie dedicata, omnimodo potita, possidendam. Hanc autem sollempnem donationem feci nullo contradicente, sed nobilioribus baronibus filiisque meis Vvokkone et Zezimir, germanioribus scilicet domino Vvokkone iam dicti cenobii fundatore, et domino Hoigerio patruo filiorum meorum iam dictorum, et domino Bodivvoi ceterisque consanguineis nostris consencientibus in remissionem peccatorum mariti mei domini Pilgerimi iam honere carnis absoluti necnon omnium parentum nostrorum tam uiuorum quam et defunctorum, qui nos processerunt et adhuc supersunt, sed etiam post nos

Digitized by Google

futuri erunt, ut in presenti pacem et honorem et in futuro cum sanctis angelis gaudio fruantur sempiterno amen. Huius rei testes sunt: Abbas Otto iam dicti cenobii, in cuius manus hanc donationem delegauimus; Adam prior de Altovado, Otto monachus et sacerdos, Gallus plebanus de Predal, Stizlaus miles, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. lxi. indictione IIII[a] epact. XVII[a] concurrente V[o] in Richenovve in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli. Hec igitur ut rata et inconvvlsa perseuerent, presentem paginam sigillo mariti mei iam defuncti et fratris sui domini Hoigerii adhuc superstitis fecimus communiri. †

1. Die Invocation ist in langen schmalen Lettern geschrieben. l, d etc. sind ungewöhnlich lang geschaftet. — Dreieckiges, etwas beschädigtes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Eine fünfblätterige Rose. — † P . . . . . (Peregrini oder Pilgerimi?). Et. Hogeri. De . Vvitigenawe.

2. Millauer p. 35, n. 5. Trajer historisch-statistische Beschreibung der Diöcese Budweis p. 289.

XII.

cc. **1261. 4. November.** — *Bruchstück einer Urkunde, deren Inhalt eine Streitsache zwischen dem Abte Otto von Hohenfurt und dem Pfarrer Salmannus von Wesely betrifft.*

. . . . . Salmannus plebanus de Wessel proba . . . iusdem ville violenter eiecerunt et in continenti predictum nuncium . . . . cum litteris transmisimus ad predictos videlicet dominum Ottonem abbatem . . . Bechinen. (?) comparerent et si possent se contra probaciones predicti Salmanni plebani de Wessel defendere vel excipere quod hoc facerent Nuncius . . . eti dominus Otto abbas et conuentus de Altovado nec per se nec per responsalem comparuerunt predictus autem Salmannus presbyter cum suis testibus comparuit . . . aliciam suorum ipsos denuo citauimus vt sequenti die post Luce ewangeliste coram nobis in Thyna comparerent ad videndos et audiendos testes . . . predicti Salmanni scilicet dominus Blasias plebanus de Zimenticz et dominus Mathias plebanus de Krstenow et dominus Wenceslaus plebanus de Pischin . . . almannus presbyter contra dominum Ottonem abbatem et conuentum de Altovado nec aliquo amore nec precium inde habeo nec habui nec habebo nec timore sic deus me . . . o testis primus scilicet Blasias interrogatus fuit supra iuramentum quod prestiterat

Digitized by Google

quid sciret de causa predicti Salmanni plebani de Wessel dixit quod notorium est . . . lle sicut verus plebanus et feria secunda post beati Viti dominus Otto abbas et conuentus de Altovado ipsum Salmannum plebanum de Wessel spoliauerunt pre . . . sate Wessel maneret vel si se de predicta villa intromitteret quod ex hoc vitam ammiteret et interrogatus supra iuramentum suum quomodo hoc . . . turbulenta dixit quod clara et interrogatus super iuramenta vtrum dominus Otto abbas et conuentus fuissent in villa et dixit quod fuerunt interrogatus . . . s intrassent villam in equis vel pedes et dixit quod in equis intrassent villam et sederunt de equis et intrauerunt ad omnes curias eiusdem ville . . . nisi quod non posset recordare vtrum dominus Otto abbas et conuentus intrassent cum aliis hominibus suis in curias eiusdem ville Tercius testis videlicet. . . scriptis autem dictis testium et examinatis vt est dictum statim ad probandum dicta testium proxima feria quinta post natiuitatem beate virginis Marie in ecclesia . . . tercio coram nobis comparerent vt si possent quod obicerent in dicta et in personas testium productorum Quo tercio adveniente cum nec predicti nec dominus abbas . . . Salmanni presbyteri plebani in Wessel dicta testium fecimus publicare provt superius continentur et cum nullus appellari (?) qui vel in dicta vel in personas aliquid . . . Nos tercium in vigilia appostolorum Symonis et Jude partibus ad audiendam sentenciam diffinitiuam duximus statuendum et predictos videlicet dominum Ottonem . . . plebanus de Wessel comparuit per se et sentenciam cum instancia postulavit predicti autem videlicet dominus Otto abbas et conventus de Altovado nec . . . Salmanni plebani de Wessel habita deliberatione et consilio cum sapientibus deum solum pre oculis habentes nomine domini invocato sentenciam diffini . . . en. Anno domini M° CC° sexagesimo I°. Nonas Nouembris II. Nos Gotfridus prepositus ecclesie judices . . . parte vna et dominum Ottonem abbatem et conuentum de Altovado ex parte altera que talis est. Coram vobis honorabilibus viris et dominis Gotfrido . . . ibus delegatis conqueror ego Salmannus plebanus in Wessel de domino Ottone abbate et conuentv de Altovado quod ipsi me et ecclesiam meam . . . per vos compelli meque peto in possessionem predicte ville per vos reduci poto (sic) etiam de dampnis et iniuriis michi pretexti predicte spoliacionis illatis . . . to abbas et conuentus de Altovado coram nobis comparuerunt et Salmann plebano porrecto

Digitized by Google

nobis libello et coram nobis lecto petiuerunt instanter a nobis . . . o continuentur animo contestandi litem et sic lite contestata tercium eis asignauimus vigiliam sancti Mathei appostoli . . . se nec per ydoneum responsalem comparere contumaciter neglexerunt Nos vero contra ipsos quantum de iure potuimus duximus procedendum ipsorum contumatia sev absencia . . . te diffinitiuam sentenciam pro predicto Salmanno pronunciantes in hiis scriptis ipsum et suam ecclesiam per diffinitiuam sentenciam ad villam restituendum de ce. . . puis sibi illatis et expensis propter hoc factis in lite quas taxamus iuramento sepe dicti Salmanni proinde prestito ad centum marcas puri argenti Pragen . . . as et conuentus de Altovado . . . parere contumaciter uoluerunt ad instanciam ipsius Salmanni . . .

Diese Urkunde wurde schon früh verstümmelt; denn der Pergamentcodex Nr. 125, zu dessen Einband sie verwendet ward und in welchem Stephan Lichtblau sie zuerst auffand, wurde um das Jahr 1400 geschrieben.

XIII.

1262. 4. Juni, Gretz. — *Wok von Rosenberg schenkt letztwillig dem Stifte Hohenfurt die Dörfer Plaben und Neudorf, ferners sein Silbergeschirr und sein Handpferd.*

Ego Wocho de Rosenberch sciens ineuitabile omnibus esse mori, dum essem in extremis diebus uite mee, compos tamen adhuc mentis mee, subscripta fieri decreui et uolo ab omnibus amicis meis inmutabiliter obseruari. Notum sit vniuersis, quibus presens littera fuerit demonstrata, quod Hedewigi uxori mee dilecte disposui et plane dedi uniuersa bona mea, tam res mobiles quam omnes redditus meos, ut utatur eis et habeat una cum pueris meis libere sicut uelit tam diu, ut caste in sede uiduali curauerit residere. Si uero voluntarie a pueris suis separari et diuidi uoluerit et caste absque marito uixerit, habeat Pudeiauz cum attinentiis suis, Strobnitz cum pertinentiis suis, et Wezzal cum cum (sic) omnibus que ad hoc pertinent, et Gemundam habeat tantum pro pecunia ut ei primo fuerat obligata, et dotem que ei in primo contractu sponsalium a me fuerat assignata. Illa uero bona citra Gemundam que denariis meis redemi, domine de Potendorf reddo integraliter et relaxo. Si autem uxor mea uiro alii uiro (sic) nubere uoluerit, Strobnitz cum attinentiis suis et Wezzal cum omnibus, que ad hoc pertinent, et Gemundam et dotem suam cum curia supra Swant habeat et recedat. Item litem

Digitized by Google

que inter me et patruum meum Budewoy uertitur de Schinta, sic decido, quod ipse ad claustrum in Slegel det pro anime mee remedio, si mihi cedat de iure, aut illuc det pro anime sue remedio, si de iure sibi cedat, aut metipse super animam suam retineat; hoc eius conscientie sic relinquo. Item peto et inuoco gratiam domini mei regis, ut ducentas marcas argenti quas canonicis Pragensibus dedi, faciat restitui et triginta marcas de eadem recipiat peccunia, quia triginta marcas de peccunia comiti de Wirtenberch danda de Styr. iam recepi. De residua autem peccunia predicatoribus de Auzt, quicquid ipsis soluere teneor, persoluatur; et post hec domine Cristine de Praga, quidquid superfluum fuerit, tribuatur. Item Hermanno de Lettowitz do maius Pomerswitz, ut michi ignoscat, quod dominum meum regem pro ipso non ammonui, ut sperabat. Vlrico etiam de Hohenpurch minus Pomerswitz dedi et eum a bonis meis aliis penitus exclusi. Item Borute uillam meam Ruzin assigno nomine pignoris pro peccunia, quam adhuc sibi soluere debui, sicut Zwatemiro meo militi bene constat, aut reddat pueris meis peccuniam quam ipsi dedi, si uillam uoluerit retinere. Item pueris sororis mee do Pritschit in cambium pro Dobricho, si habere uoluerint uel dent domino Jerusio compatri meo, et reddet ipsis Dobricho. Pro eo autem quod usus sum bonis eorum, do eis Vletitz et illas duas uillas, quas habent Zwatebor et Petrus. Item domino Hoztizlao pro triginta tribus marcis argenti, quas ipsis soluere debui, Paschitz dedi, si tantum ualeat, si uero non ualeat, tantum residuum de bonis meis illi persoluatur. Et Benate duas hubas in Treboni, que mel soluunt, pro decem marcis argenti et in pignore assignaui. Item Alberoni de Rotenstain duas maiores uillas supra Swant contuli, ut habeat a pueris meis in feodo. Curiam autem et agros contra Sumerowe et interiores agros contra Ybenstain usque ad metas Boemie do vxori mee. Item uolo, ut Schecow tres ille uille uendantur domino Predote pro centum septuaginta marcis, et soluatur inde fratribus de Sancto Clemente, si quinque marce auri ipsis non sint integraliter persolute. Et quinque marce auri soluantur inde pueris domini Bawari secundum conscientiam domini Benisii sororii domini Bawari et domini Predote iam predicti. Et triginta marce argenti dentur inde homini, qui pro anima mea uadat ad Pruthenos. Et uendantur uiginti marce pro XXX^{a} talentis Wiennensibus, et XV talenta dentur in Durrenpach, et XV in Gors, et residuum in Tyn et circa in villis secundum domini Hoztizlai con-

Digitized by Google

scientiam persoluatur. Item homini de Patauia pro uiginti marcis argenti in Leimpach dentur due hube, sed si gratiam mihi fecerit, tantum una. Item Rudigero notario vxori sue et suis heredibus dedi Kirspovm uillam libere cum omni iure, ita tamen quod inde vxori mee, dum uiuit, seruiat obsequia debita per scripturam, et tantum uiginti marcas argenti, si a pueris meis et vxore recedere uoluerit, habeat super uillam iam predictam. Item Koyate camerario in Stybnitz tres hubas dedi, illas inquam, que iudicis fuerant, dum uiuebat. Item Cunrado de Turdeling uillam Gutenprvn, quam prius a me tenuit in feodo, in proprietatem dedi, ita tamen quod nunquam se, dum uiuit, a pueris meis seruiendo ipsis fideliter alienet; et duo molendina iuxta aquam Strobnitz, et quatuor hubas in Fridrichisslage eidem Cunrado pro triginta marcis argenti obligaui uel habeat in feodo, si sibi uidebitur expedire. Item quicquid in Gunthersrevt habeo solutum, Kalhocho contuli in feodo; et reddo Andree militi suam uillam. Item ad claustrum Hohenvurt dedi Plawe, Nouum Forum, et quicquid ex ista parte Wulte habeo, pro anime mee remedio et successorum meorum salute et remedio animarum. Item uolo, ut Budewoy patruus meus Lohemilo det uillam unam de meis possessionibus ex altera parte Pritschitz, ubi ipsum sua discretio ammonebit. Item uolo, ut idem patruus meus Bodewoy illi militi, cuius dextrarium accepi, uillam illam assignet in pignore iterato, que prius ipsi fuerat assignata, et ille due uille reddantur ecclesie, ut est iustum, quas idem miles habet. Item uolo, ut dominus Zwatemirus pro quadraginta marcis argenti uillam meam Treboni assignet in pignore domino Borsoni, ut indultum et remissum michi sit, si ipsum in commutatione quam feci pro Strobnitz, aliqualiter defraudaui; et non multum rogetur, sed addatur ei aliquid, si quadraginta marcas beniuole rennuerit acceptare. Item uolo, ut Bvdewoy patruus meus pro quinquaginta marcis argenti obliget Bozeiowitz uillam meam et distribuatur illud argentum inter orphanos meos et orphanos fratris mei, seruos illos scilicet, quorum patres a me nulla feoda tenuerunt. Et quatuordecim equi quos frater meus reliquit in Pribenitz, distribuantur similiter inter illos, ex una parte secundum conscientiam domini Prehtelini, domini Gerberti, Cunradi de Turdeling; ex parte uero altera secundum conscientiam domini Zwatemiri, domini Predote et domini Hoztizlai, ut unicuique pro obsequii sui merito tribuatur. Item Budelao uillam meam Babenberch obligationis titulo assignaui

Digitized by Google

pro quadraginta talentis Wiennensium denariorum, quas sibi dare promisi cum uxore sua, cum eam sibi legitime copulaui. Item eidem curiam in suburbio castri Rosenberch dedi, ut in ea resideat pro purchhuta. Item Werenhardo marstellario curiam unam in Mutscherat dedi, illam que quondam Berhtoldo carpentario seruiebat. Item Gvilloni in Emerndorf quatuor benefitia contuli iure et tytulo feodali. Item hospitalario de Pirn sex marcas denar., quas ei soluere debeo, iubeo sibi dari, et arma mea similiter sibi dedi. Monachis de Hohenvurt uasa mea argentea et dextrarium meum dedi. Vt autem hec suprascripta robur habeant firmitatis, presentem litteram in testimonium scribi iussi et sigillo prioris de Petow et sigillo custodis minorum fratrum de Gretz et sigillo proprio roborari. Acta sunt autem hec presentibus fratre Gotfrido et fratre Ottone sacerdotibus ordinis predicatorum, domino Prehtelino, Cunrado offitiali, Koyta et Grillone camerariis, Rudigero notario, et aliis multis. Datum in Gretz anno gratie domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo pridie Nonas Junii.

1. Drei beschädigte Siegel in weissem Wachs. — Das erste klein, an Pergamentstreifen hängend. — Der vor dem Sarge des Lazarus stehende Jesus? — † St. Prioris. Petovie. — Das zweite an einer Hanfschnur hängend, sonst wie in VIII. — Das dritte ist klein und linsenförmig und hängt an einem Pergamentstreifen. — Eine auf einem Esel (?) sitzende Gestalt mit einem Heiligenschein, zu den beiden Seiten des Hauptes Tr—ac. — † Sigillvm. Cvstodis. St. . .

2. Millauer p. 45, n. 6.

XIV.

1263. 29. März, Budwog. — *Čech von Budwog verkauft dem Stifte Hohenfurt sein Dorf Zaboř.*

Nos Scech de Budwog omnibus presentes litteras cognituris salutem in omnium fidelium saluatore. Solet nonnunquam (sic) accidere, vt res quantumlibet notas et eximie gestas tractu temporis vel fama languidior minuat, vel obliuio posteritatis extinguat. Ne qua tamen geste rei possit esse dubietas, ea que fecimus, tam scripturarum quam testium caucione decreuimus confirmare. Nouerint igitur vniuersi serie manifesta, quod nos de bona voluntate vxoris nostre que Jevtta vocatur, possessionem nostram, quam wlgus Zabore appellat, cum omnibus pertinenciis suis abbati et conuentui de Altovado fratribus ordinis Cysterciensis eo iure, quo nos possedimus, omnibus cauillacionum obiectionibus exclusis legaliter vendidimus

Digitized by Google

iure hereditario libere possidendam. Huius rei testes sunt: Zwatimir de Nemsiche. Bwto de Witkowich. Clawat de Ladem. Aloz de Hawsen. Psid de Howsen. Zvzlab de Dvdem. Jeruzlab de Strizendorf. Otto filius Wetmanni. Boriz seruiens Alberti. Chwnch Renner. Chwnch iudex de Ztradanich. Michael de Wgezt. Albret de Ztriben. Vt autem hec nostra vendicio tam sollempniter facta omni evo rata ac inconwlsa permaneat et emergentibus calumpniis firma prebeat obstacula veritati, presentem inde paginam conscripsimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini millesimo dvcentesimo sexagesimo tercio jndictione quinta decima in Budwog in cena domini.

1. Dreieckiges, an Pergamentstreifen hängendes beschädigtes Siegel in weissem Wachs. Ein grosser Theil der linken Hälfte fehlt gänzlich. — Drei Paar Hacken, von denen je zwei immer mit den Rücken an einander lehnen. — Merkwürdig an diesem Siegel ist die gänzlich verkehrte Schrift . . . gillum . Domni . Csech (?) . De . . . .

2. Millauer p. 55, n. 7.

XV.

1264. 17. Juli, apud Pyezka. — *König Přemysl Ottokar II. bestätigt die Besitzungen des Stiftes Hohenfurt und nimmt dasselbe in seinen besonderen Schutz.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Otacharus dei gratia rex Boemorum dux Austrie et Styrie et marchio Moravie omnibus in perpetuum. Cum pia hominum studia pio fauore principum merito debeant roborari, maxime tamen id exigit ratio pietatis, cum elemosine largitati et hospitalitati religiosorumque profectui intenditur atque paci. Nos igitur deuocioni fidelis nostri Wockonis quondam marschalci regni nostri, qui pro suorum peccaminum remissione suorumque progenitorum uxoris sue atque heredum remedio et salute monasterium Cysterciensis ordinis in honorem gloriose virginis dei genitricis fundauit, ex animo congaudentes ipsum monasterium in nostram recepimus protectionem et gratiam specialem cum omnibus prediis ac possessionibus*, quibus eundem locum dotauit et suo inseruit testamento, cuius tenorem presenti pagine de uerbo ad verbum duximus adnotandum: In nomine sancte etc. (Folgt nun die Urkunde Wok's von Rosenberg, ausgestellt zu Gratz

* Folgt „eunde" durchgestrichen.

Digitized by Google

am 29. Mai 1261 (Nr. VIII), mit in der Note *) bemerkten Abweichungen.) Volentes itaque domino complacere opera pietatis in aliis intendimus promouere, que per nos uariis distractionibus impediti non sufficimus adimplere. Eapropter omnia bona memorato monasterio a prefato fundatore collata, et quicquid ad presens possidet et in posterum donacione fidelium uel propriis laboribus aut sumptibus iusto titulo possidebit, eidem perpetua stabilitate auctoritate nostre celsitudinis confirmamus ab omni uexacione et infestacione seu qualibet uiolencia et iniuria ipsum regia munificencia contra maliuolenciam quorumlibet hominum eximentes. In cuius rei euidentiam presentem paginam conscribi et sigilli nostri duplici fecimus munimine roborari. Data apud Pyezka. Anno domini M° CC° lxiij° xvi° Kalen. Augusti. Indictione vii^a. Regni nostri anno iij°. Expedita per manus prothonotariorum nostrorum Petri et Vlrici.

1. Grosses, entzwei gebrochenes, sonst aber gut erhaltenes, an grünrother Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. Vorderseite: Ein hoch zu Rosse einhersprengender Ritter, dessen Schild einen Querbalken zeigt. — † S. Otakari . Dei . Gra . Regis . Boemor . Q . inti . Morav . Marchionis . Avstrie . Et . Stirie . Dveis. Rückseite: Der König sitzt in vollem Schmucke auf dem Throne mit dem Scepter in der Rechten und dem Reichsapfel in der Linken. — † S. Otakari . Sive . Premizlai . Qvinti . Regis . Boemorum . Marchionis . Moravie . Filii . Wenzezlai . Regis . Qvarti. Vergl. XXI.

2. Millauer p. 59, n. 8.

---

*) Nos igitur Wocko — marschalcus — montem Hradisch — nach „Bawariam diuidentem“ hier die Stelle: Item uolo et ordino ac dispono inconmutabiliter, ut omnes ville que in hereditate mea situm habent inter Wultawam et ripam Wltawitz minorem, et que ibidem in posterum locabuntur, ad forensem ecclesiam in Hohenvrt pertineant, et ab ipsius ecclesie plebano qui pro tempore fuerit, incole eorum recipiant uniuersa ecclesiastica sacramenta, et parrochialia iura persoluant, et ab eo audiant diuina officia, et corpora defunctorum sepeliantur in eiusdem ecclesie cimiterio sicut decet, et dent ipsi plebano de omnibus agris quos excolunt et excolent in futurum, partem terciam decimarum. Hierauf: Item ex ista parte Wulte incipiens etc. — Pzyn — Zwatemiri — Witigonis de Krvmenowe — Ecclesiam in Rosental cum usu totali dedimus scilicet duas areas cum agris suis in Cedelitzrewt et partem terciam decimarum tam de nostris uillis quibus etc. — Mychenitz — poterit prouenire uidelicet decimas plenas de Predol et de uillis ad me et ecclesiam iamdictam spectantibus et de curia nostra Polen — Gvtenprvnne — Strobenitz — villam Winthersdorf — Levtwenitz — Wernhardus — Sunneberch — „Item in Cedlixrevt — suis“ fehlt an dieser Stelle. — Wezzel — Malchitz — Wernhardus — Wernhardus — Budiwoy — Livpoldus — „Dominus“ vor Habelo, Andreas und Prehtlo fehlt — Prehtlo oder Priehtlo ohne den Beisatz „de Ried“ — Chvnradus de Tvrdelinge — Benada — Bvdylaus — Graetz.

Digitized by Google

XVI.

1267. 30. April, Vienne. — *Der päpstliche Legat Cardinal Guido verleiht dem Stifte Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucer. presbyter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo abbati et conuentui monasterii de Altouado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem in domino. — Loca sanctorum omnium pia et prompta deuotione sunt a Christi fidelibus ueneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant et illorum nobis uendicantes quodammodo patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in festiuitatibus beate Marie virginis natiuitatis dominice pentecostes beatorum Petri et Pauli apostolorum et sancti Johannis Baptiste causa deuotionis uenerabiliter uisitauerint, de omnipotentis dei misericordia et auctoritate nobis a domino papa concessa confisi sexaginta dies de iniunctis sibi penitentiis annis singulis misericorditer in domino relaxamus. — Datum Vienne II. Kl. Maii. Pontificatus domini Clementis pape quarti anno tercio.

Das an grünrother Seide angehängt gewesene Siegel fehlt.

XVII.

1267. 12. Mai, Vienne. — *Derselbe bestätigt die von Erzbischöfen und Bischöfen dem Kloster zu Hohenfurt verliehenen Indulgenzen.*

Frater Guido miseracione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis apostolice sedis legatus religiosis viris abbati et conuentui de Altovado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem in domino. Cisterciensis ordinis meretur honestas, ut nos qui eiusdem ordinis sumus, voto filius et protectione patronus, illa uobis libenter concedamus, que fructus dulcedinis vobis proferant et saporis. Eapropter vestris supplicationibus inclinati relaxationes et indulgentias, quas vobis et fratribus uestris ac ecclesie uestre archiepiscopi et episcopi concesserunt prout in eorum litteris continetur, ratas et gratas habentes, sicut iuste et racionabiliter facte

Digitized by Google

sunt, auctoritate presentium approbamus. Datum Vienne mj. Idus Maii. Pontificatus domini Clementis pape mj^ti anno tercio.

Gut erhaltenes, an grün-violeter Seide hängendes Siegel in rothem Wachs. — Der h. Laurenz auf einem Roste liegend, unter demselben zwischen zwei Sternen ein betender Bischof, ober demselben aber? — S. Fris. Gvidonis. Tt. Sci. Lav. In. Lvc. Pbri. Card.

XVIII.

1270. 16. Juni, Prag. — *Bischof Johann von Prag erneuert eine von ihm dem Hohenfurter Stifte verliehene Indulgenz und bestätigt eine andere ähnliche, welche der Bischof von Regensburg derselben Stiftung verlieh.*

Johannes dei gratia Pragensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos peruenerit presens scriptum, salutem in domino sempiternam. Quoniam in dubium reuocatum est, vtrum uidelicet aliquam indulgentiam dederimus fidelibus Christi, qui ecclesiam monasterii de Hohenuurt in festiuitatibus sancte Marie gloriose virginis annis singulis uisitarent, nos dubietatem huiusmodi declarantes istius scripti testimonio protestamur, quod quemadmodum in die aniuersario dedicationis ecclesie supradicte, sic in festiuitatibus premissis quater in anno, assumptione annunciatione natiuitate et purificatione ipsius gloriose uirginis, annum et quadraginta dies omnibus qui ecclesiam ipsam illis temporibus causa deuotionis uisitauerint, in perpetuum annis singulis relaxauimus, cum ecclesiam prefatam dedicauimus; et hoc istius scripti testimonio declaramus quemlibet, siue clericus fuerit aut laicus, qui christianum populum, ne ad monasterium uctuerit eo tempore, quo hec remissionis gratia fuerit promerenda, accedat in hiis scriptis excommunicationis sententia percellentes. Datum Prage XVI. Kl. Julii. Pontificatus nostri anno tercio decimo. Ratam habemus insuper indulgentiam venerabilis fratris nostri domini Ratisponensis episcopi nostre consimilem in hoc casu.

Beschädigtes, an gelb-rother Seide hängendes Siegel wie in II.

XIX.

1271. 20. October, Prag. — *Derselbe bestätigt die von Hedwig, der Witwe nach Wok von Rosenberg, gemachte Dotation der Kirche zu Rosenberg.*

In nomine domini amen. Nos Johannes dei gratia Pragensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum a nobis petitur, quod iustum

Digitized by Google

est, tam uigor iuris quam ordo postulat rationis, ut id ad exauditionis gratiam fauorabiliter admittere debeamus. Nouerint igitur uniuersi presentes litteras inspecturi, quod dotacionem ecclesie de Rosmberk quam fecit nobilis et honesta domina Heduigis relicta Wocconis bone memorie de Rosmberk de amborum filiorum suorum Henrici uidelicet et Uitconis expressa et libera conniuencia et assensu, prout in litteris eius super hoc editis quibus nos sigilli nostri robur apposuimus, plenius continetur, ex certa sciencia auctoritate qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus in hiis scriptis, excommunicationis sententiam proferentes contra illos, qui id in posterum inmutare et calumpnia presumpserint attemptare aut aliquid diminuere de predictis, que in pretacta littera nominatim et singularit (sic) ac generaliter sunt expressa. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri caractare (sic) fecimus roborari. Actum et datum Prage anno domini M° C°C° lx°x° I° xnj. Kal. Nouembris indictione quarta decima pontificatus uero nostri anno quarto decimo.

Beschädigtes, an gelb-grüner Seide hängendes Siegel wie in II.

XX.

1272. 19. März, Rosenberch. — *Die Gebrüder Heinrich und Witko von Rosenberg schenken dem Abt und Convent des Klosters zu Hohenfurt das Patronatsrecht über die Kirche zu Raabs in Niederösterreich.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam scripturarum quam testium munimine perhennari. Igitur nos Hanricus et Witko fratres de Rosenberch confitemur et constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos de consensu et expressa voluntate matris nostre dilecte domine Hedewigis venerabili patri abbati de Hohenwrt et conuentui eiusdem loci ordinis Cysterciensis, quem conventum pater noster dominus Vocho bone memorie in honore beate et gloriose virginis Marie inchoauit et ex nouella plantacione pro sue suorumque progenitorum et heredum salute et animarum remedio fundauit, quorum defectui condolentes et pura mente profectui modis omnibus intendentes ius patronatus ecclesie in Ratz Patauiensis dyocesis quod ad nos ex vero patrimonio pertinebat, donantes resignauimus fauorabiliter atque plane. Et in hac parte cessimus in perpetuum iuri nostro excepcione quelibet

Digitized by Google

(sic) pretermissa, vt conferendi velud nos habuimus prefatam ecclesiam, plenam et liberam habeant potestatem. Vt autem supradicta robur optineant firmitatis presentem litteram in euisdens (sic) testimonium scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Werenhardus et Hanricus fratres de Schowenberg, dominus Vlricus de Nouadomo, dominus Hoyerus de Klocot, dominus Zewis, dominus Witigo, Wocho filii domini Budewoy de Krumminenow, Hanricus et Wocho domini Witigonis filii de Krummenow, dominus Albertus de Porsow, dominus Benysius frater suus, dominus Hanricus de Hvritzh, dominus Benysius de Horach et fratres sui Johannes Johan Bohuzlaus, dominus Zwatemirus miles, dominus Predota frater suus, dominus Benata purcrauius et frater eius Vlricus de Wisle, Ozle et frater suus Bezpri, Kunas de Strizendorf, et alii quam plures. Datum et actum in Rosenberch anno gracie domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo xmj° Kalendas Aprilis.

1. Etwas beschädigtes, an gelb-weisser Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. Vergl. XXII.

2. Kurz Ott. und Alb. II, p. 178, n. 4. Millauer p. 62, n. 9.

XXI.

1273. 25. Jänner, Misseritz. — *König Přemysl Ottokar II. tauscht von dem Stifte Hohenfurt für die vier Dörfer des verurtheilten Ritters Swatomir die Dörfer Strodenitz, Plaben, Malschitz und Zaboř ein.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Othakarus dei gratia rex Boemie, dux Austrie et Karinthie marchioque Moravie dominus Carniole Marchie Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Cum in humanis disposicionibus nichil ad summe soliditatis culmen valeat peruenire, sed semper de gestis hominum quamuis racionabilibus sub serenitatis tempore obliuionum nebulas et calumpniarum timeri opporteat tempestates, necesse est, ea que ex principum beneplacito disponuntur, scriptis autenticis commendari, vt ex scripture testimonio rei geste acquiratur memoria et calumpniandi materia apud posteros recindatur (sic). Eapropter ad noticiam omnium volumus peruenire, quod monasterio sito in Altovado ordinis Cisterciensis, quem ob sue religionis deuocionem et rigorem obseruancie regularis, in qua fratres ipsius ordinis domino humiliter famulantur, nostre liberalitatis beniuolencia et fauore tanto amplius pro-

Digitized by Google

sequimur et fovemus, quanto in eodem hospitalitatis ac alia caritatis opera per crebram exerciciorum evidenciam clarius ac vberius elucescunt, possessiones sev villas videlicet Nemtsicz Bilhlawa Chratzan et Tupess, que olim fuerant Swatomiri militis nobisque propter excessus eiusdem enormes iure preuio sunt addicte; nam non solum eisdem ac eciam aliis possessionibus culpis suis exigentibus debite est privatus immo propter commissi facinoris qualitatem, nisi nostra preuentus fuisset gratia mortis subire supplicium debuisset, cum vniuersis attinenciis earundem contulimus liberaliter et sincere in concambium quarumdam villarum videlicet Ztradanitz Plawen Maltze et Zaborsi, quas abbas et conuentus dicti monasterii nobis de consensu vnamini assignarunt libera et spontanea voluntate. In predictis eciam bonis, que monasterio contulimus supradicto, nobis uel heredibus nostris nullam reseruamus penitus actionem absoluentes ipsum monasterium ab omni inpeticione, que per dictum Swatomirum vel heredes suos aut per quemcumque alium super repeticione bonorum huiusmodi posset institui inposterum contra ipsum. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes sepedicto monasterio concessimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Testibus qui aderant subnotatis, qui sunt: Andreas Boemie camerarius, Jerco de Waldenberch, Burchardus marschalcus Boemie, Theodericus subcamerarius, Bawarus de Ztraconicz, Sifridus de Baruch, Bohuslaus burchrauius de Phrimberch, Albertus burchrauius in Vren, Wernhardus de Schovmberch, Onso subpincerna, Chunradus magister coquine, et alii quam plures fideles nostri. Actum in Misseritz anno domini millesimo CC° lxx iij° viij° Kalendas Februarii. Datum ibidem anno et die predictis coronacionis nostre anno XI°. Indictione prima.

1. Grosses, entzwei gebrochenes, sonst aber gut erhaltenes, an grün-gelb rother Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. Vorderseite: Der König auf einem Throne sitzend, mit Scepter und Reichsapfel in den Händen; rechts ein Schild mit zwiefach geschwänztem Löwen, links aber ein solcher mit einem einfachen Adler. — † S. Ota . ari . Dei . Gracia . Qvinti . Regis . Boemorv . Marchionis . Mor . . . e . Ducis . Karintie . Dom . ni . Egre. — Rückseite: Ein hoch zu Rosse einhersprengender Reiter, der über die linke Schulter einen Schild mit Querbalken geworfen und in der rechten Hand eine Lanze mit einem Fähnlein, worauf ein zwiefach geschwänzter Löwe, hält. Die Schabracke des Pferdes ist mit fünfblättrigen Rosen übersäet und mit vier Wappen von unter Ottokar's Herrschaft stehenden Ländern geziert. — † S. Otakari . Dei . Gra-

Digitized by Google

cia . Dvcis . Austrie . 7 . Stirie . Domini . Carniole . 7 . Marchie . Portvs Naonis. Vergl. XV.

2. Millauer p. 67, n. 10.

XXII.

1274. 19. März, Rosenberch. — *Die Gebrüder Heinrich und Witko von Rosenberg wiederholen ihre Schenkung des Patronatsrechtes über die Kirche zu Raabs an das Kloster der Cistercienser zu Hohenfurt.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam eorum que geruntur in tempore, oblinio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam scripturarum quam testium munimine perhennari. Igitur nos Heinricus et Witko fratres de Rosenberch confitemur et constare uolumus presentium inspectoribus vniuersis, quod nos de consensu et expressa uoluntate matris nostre dilecte domine Hedewigis venerabili patri abbati de Hohenvurt et conuentui eiusdem loci ordinis Cysterciensis, quem conuentum pater noster dominus Wocho bone memorie in honore beate et gloriose uirginis Marie inchoauit et ex nouella plantatione pro sue suorumque progenitorum et heredum salute et animarum remedio fundauit, quorum defectui condolentes et pura mente profectui modis omnibus intendentes ius patronatus ecclesie in Rakz Pataviensis dyocesis, quod ad nos ex uero patrimonio pertinebat, donantes resignauimus fauorabiliter atque plane. Et in hac parte cessimus in perpetuum iuri nostro exceptione quelibet (sic) pretermissa, ut conferendi uelud nos habuimus prefatam ecclesiam, plenam et liberam habeant potestatem. Vt autem supradicta robur optineant firmitatis presentem litteram in euidens testimonium scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Werenhardus et Heinricus fratres de Schowenberch, dominus Vlricus de Nouadomo, dominus Hoyerius de Klocot; dominus Zewis, dominus Witigo, Wocho, filii domini Budewoy de Krummenow; Heinricus et Wocho domini Witigonis filii de Krummenow; dominus Albertus de Porsow, dominus Benysius frater suus, dominus Heinricus de Hvritz; dominus Benysius de Horach et fratres sui Johannes, Johan, Bohuzlaus; dominus Zwatemyrus miles, dominus Predota frater suus; dominus Benata purchgrauius et frater suus Vlricus de Wisle; Ozle et frater suus Bezpri; Kunas de Strizendorf et alli quam plures. Datum et actum

Digitized by Google

in Rosenberch. Anno gratie domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto xiiij° Kalendas Aprilis.

Gut erhaltenes, ziemlich grosses und rundes, ehemals an gelb-weisser Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein dreieckiger Schild mit der fünfblättrigen Rose. — † Sigilvm . Domini . Henrici . De . Rosenberc . Et . Viteoni.

XXIII.

1277. 0. T. 0. A0. — *Witigo von Krumau schenkt dem Stifte Hohenfurt einige Dörfer.*

Evanescere solent more fluentis aque facta hominum, nisi scripture testimonio et voce testium fideliter roborentur. Hinc est, quod ego Witigo dictus de Chrvmenowe positus in extremis ob remedium anime mee et predecessorum meorum dedi et contuli potestativa manu liberali donatione ecclesie sancte Marie virginis in Altovado et fratribus ibidem deo iugiter famulantibus possessiones meas videlicet villam Gywowiz et aliam Nolomich, que postea dicta est vulgariter „ad piscatores", terciam quoque villam Xradowi, que nunc mutato nomine vocatur „curia Witigonis", iusto proprietatis titulo liberaliter et perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium et irrevocabilem memoriam presentes litteras exinde conscriptas antedicte dedi ecclesie et fratribus memoratis sigilli mei et voce subscriptorum testium fideliter communitas. Sunt autem testes: Dominus Prebizlaus plebanus de Friedberch, dominus Christanus plebanus de Sancto Oswaldo, Gregorius, et alii plures. Datum et actum anno domini M°CC°Lxx° septimo.

1. Diese Urkunde ist die kleinste unter den vorhandenen. Die mit Linien versehene und mit den Worten Exaudi und Nomen domini beschriebene Rückseite beweist, dass das Pergament aus einem Buche genommen wurde. — Das nur wenig beschädigte Siegel in weissem Wachs hängt an blauen Zwirnsfäden. — Ein Löwe mit einem Schilde, worauf die fünfblättrige Rose. — † S. Vvitigonis . . . rhvmnowe. Vergl. V. Das kleine Gegensiegel zeigt gleichfalls einen Löwen.

2. Millauer p. 71, n. 11.

XXIV.

1278. 24. Juni, Pribnitz. — *Heinrich von Rosenberg bestätigt die Schenkung, welche sein Bruder Wittigo den Hohenfurter Cistercienern mit den Dörfern Schönhub, Sonnberg, Rukendorf und Unter-Schlagl machte.*

Heinricus de Rosenberch vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam cogniturus notitiam geste rei. Cautum fuit a

Digitized by Google

uiris prudentibus et prouisum, ut quod ipsi uolebant manere stabilius, litterarum suarum indiciis perhennarent. Sciant igitur presentes ac posteri, quod frater meus Witigo pie memorie positus in extremis fideliter mente pertractans, quia quicquit misericorditer pauperibus Christi maxime religiosam uitam docentibus inpenditur, auctoremsuum adiuuare et optatum ei premium in die retributionis apportare (sic), in remedium anime sue nec non progenitorum suorum pariter et successorum de bonis sibi a deo et a progenitoribus suis collatis de bona uoluntate mea domui sancte Marie in Hohenfvrt ordinis Cysterciensis quatuor villas, scilicet Pzizaho Svnnberch Rvkchendorf et minorem plagam Gerberti, liberaliter condonauit cum suis attinenciis siluis virgultis pratis pascuis cultis et incultis viis et inuiis et omnibus attinentiis suis, cum metis ipsarum villarum dudum distinctis pariter et expressis. Hanc donationem fratris mei et omnem donationem patris mei domini Wokkonis predicto cenobio factam et perpetuo possidendam cum omni iure sibi etiam tradito ego Heinricus de Rosenberch approbo et confirmo. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari presentem cartam conscribi feci et mei sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt: Dominus Hablo, Zwatimirus, Chreno, Wenadab milites, Vlricus frater Wenade, Otto Wassho, Nycolaus, Petrus, Psedwor, Shenko, Dominicus, Bozlaus Troianus*), Shaztolaus fratres, et alii quam plures fide digni. Actum anno domini M° CC° septuagesimo octauo indictione vi^a epacta xxv^a. Datum in Pribnitz in die sancti Johannis baptiste.

1. Etwas beschädigtes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. Sonst wie XXII.

2. Millauer p. 73, n. 12.

XXV.

1278. 13. Juli, Rosenberch. — *Heinrich von Rosenberg schenkt dem Stifte zu Hohenfurt den Markt Ober-Haid und das Dorf Gerbetschlag und verpflichtet sich überdies zur Zahlung von jährlichen 10 Mark bis zur Vollendung des Klosters und von 5 Talenten auf immer.*

Ne per obliuionem aut calumpniam facta hominum rationabilia et honesta processu temporis dispendium paciantur, prouida maiorum

*) Ursprünglich stand „Tronanus".

Digitized by Google

auctoritas scripture ac testium decreuit remedium adhibere. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Heinricus de Rosenberch ad expedicionem Austrie proficiscens mente sedula revolui, quia varius est euentus belli, nunc hunc nunc uero illum consumit gladius, venerabilium fratrum in Hohenfvrt orationi me committens, quos pro salute mea me habere congratulor intercessores, de bonis mihi a deo et a progenitoribus meis collatis forum in Merica et villam in Gerbrehtslag cum omnibus adtinenciis siluis nemoribus pratis pascuis agris cultis et incultis viis et inviis, duas partes decime predictarum possessionum scilicet cum duobus manipulis, in remedium anime mee nec non et progenitorum meorum domui sancte Marie in Hohenfvrt tradidi iure perpetuo possidenda, ita tamen si in ipsa expedicione de medio vite mee fuero euocatus. Hiis autem debitis me fateor obligatum: primo domino Benate purchrauio triginta sex marcas, pro quibus sibi villam in Atez obligaui; item Jacobo Lednicerio duodecim marcas et viginti talenta, pro quibus sibi uillam in qua residet, obligaui; item Vlrico de Wischel septem fertones; item Alwico xx viginti (sic) talenta, pro quibus sibi uillam in Schillte obligaui; item Moisio sedecim talenta, pro quibus sibi uillam in Chaltenbrunne obligaui; item Wernhardo Turdlingerio decem marcas et octo talenta, pro quibus sibi uillam in Cyringe obligaui; item Vlrico Lednicerio tredecim talenta; item Vlrico iudici seniori sex talenta; item cenobio sancte Marie virginis in Hohenfvrt quolibet anno decem marcas usque ad operis consummationem et quinque talenta absolute. Vt autem hec rata permaneant presentem cartam super ea conscripta sigilli mei iusti munimine roborari. Huius rei testes sunt: Dominus Benata purcrauius, dominus Andreas miles, dominus Rûdgerus de Haichpach. Actum anno domini M° CC° LXX. VIII° indictione sexta. Datum in Rosenberch in die sancte Margarete virginis.

1. Gut erhaltenes, an violet gelb-rother Seide hängendes Siegel. Sonst wie XXII.

2. Millauer p. 76, n. 13.

XXVI.

1279. O. T. Rosenberch. — *Derselbe schenkt demselben die Kirche zu Rosenberg.*

Bone rei datur consilium, ut presentis uite conferatur subsidium, vbi eterne remuneracionis premium exspectatur. Sciant

Digitized by Google

igitur presentes ac posteri, quod ego Heinricus de Rosenberch preceptis diuinis et salutaribus informatus domui sancte Marie virginis in Hohenfürt, quam pater meus pie memorie dominus Wokko multa beniuolencia cepit construere et fundare, ecclesiam in Rosenberch post mortem et obitum domini Jacobi plebani sacerdotis liberaliter omni iure, quo ipsam tenuit et possedit, tradidi perpetuo possidendam, vt fratres ibidem domino iugiter seruientes et pro salute mea atque progenitorum et successorum meorum fideles ad dominum intercessores non alicuius necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur sancte conuersacionis quod absit, infringat, quia plurimis indigent, qui indigencias plurimorum conantur fideliter releuare. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant inposterum calumpnia perturbari, presentem cartam ipsis tradidi mei sigilli munimine roboratam cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Andreas miles, Leupoldus, dominus Benata miles, Onscho ipsius frater, Nycolaus, Vlricus de Weischel et eius frater Bseborius, Troyanus suisque fratribus et alii quam plures. Actum anno domini M° C° C° lxx° viij° indictione sexta epacta XX^a^ quinta. Datum in Rosenberch.

Gut erhaltenes an Pergamentstreifen hängendes Siegel wie in XXII.

XXVII.

1279. 0. T. Rosenberch. — *Derselbe wiederholt die Schenkung der Rosenberger Kirche und fügt die Filialkirche zu Ober-Haid hinzu.*

Bone rei datur consilium, ut presentis uite conferatur subsidium, vbi eterne remunerationis premium exspectatur. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Heinricus de Rosenberch preceptis diuinis et salutaribus informatus domui sancte Marie virginis in Hohenfürt, quam pater meus pie memorie dominus Wokko multa beniuolentia cepit construere et fundare, ecclesiam in Rosenberch cum filia in Mericha cum tercia parte decimarum et ius patronatus liberaliter omni iure tradidi perpetuo possidendam, ita tamen ut abbas et conuentus Jacobum sacerdotem nostrum capellanum diebus vite sue non priuent suo iure, vt fratres ibidem domino iugiter seruientes et pro salute mea atque progenitorum et successorum meorum fideles ad dominum intercessores non alicuius necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur sancte conuersationis quod absit, infringat, quia plurimis indigent, qui indigentias plurimorum conantur

Digitized by Google

fideliter releuare. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari, presentem cartam ipsis tradidi mei sigilli munimine roboratam cum testibus subnotatis, qui sunt: Dominus Andreas miles, Leupoldus, dominus Benata miles, Onscho ipsius frater, Nycolaus, Vlricus de Weischel et eius frater Bseborius, Troyanus suisque fratribus, et alii quam plures. Actum anno domini M° C° C° lxx° viiij. indictione septima epacta VI°. Datum in Rosenberch.

1. Beschädigtes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel wie in XXII.
2. Millauer p. 79, n. 14.

XXVIII.

1281. 20. August. Apud Urbem Veterem. — *Papst Martin IV. nimmt das Hohenfurter Kloster in seinen und des heil. Petrus Schutz und bestätigt die Besitzungen desselben.*

Martinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Altovado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum molestiis agitentur eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et monasterium, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Vrbemueterem xuj. Kl. Septembris. Pontificatus nostri anno primo.

Auf dem Umbug dieser wie der folgenden Urkunde: Jac. Roman., auf der Rückseite beider aber: † Egidius de Adria †. — Die an gelbrother Seide hängende Bleibulle ist fast gänzlich verwittert.

Digitized by Google

XXIX.

1281. 20. August. Apud Urbem Veterem. — *Derselbe bestätigt alle von seinen Vorgängern, von Königen, Fürsten und anderen Personen dem Stifte Hohenfurt verwilligten Freiheiten und Immunitäten.*

Martinus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Altovado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias monasterio uestro et uobis concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Vrbemueterem xiij. Kl. Septembris. Pontificatus nostri anno primo.

Vergl. XXVIII. Die an gelbrother Seide hängende Bleibulle halb verwittert.

XXX.

1281. 12. November. Apud Rosenberch. — *Heinrich von Rosenberg schenkt dem Stifte Hohenfurt fünf Dörfer nebst einem Wald und tauscht von eben demselben gegen drei andere Dörfer das Dorf Sonnberg wieder ein.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Cum eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam testium quam scripture munimine confirmari. Vnde nouerint vniuersi Christi fideles presentes litteras visuri vel audituri, quod ego Henricus de Rosenberch de consensu et voluntate expressa vxoris mee Elyzabeth plurimorumque parentum meorum pro remedio, quod dominus Wocko pie memorie

Digitized by Google

pater meus in decessu suo pro suo suorumque parentum salute animarum ecclesie gloriose perpetueque virginis dei genitricis Marie sue fundationi scilicet in Altovado ordinauit, fraterque meus Witigo in sua morte confirmando renouauit remedium, scilicet annuatim siliginis modiorum quatuor argenti marcarum decem, venerabili domino Ade abbati totique conuentui ad edificationem dicte ecclesie de Altovado ordinis Cysterciensis ob reuerentiam sancte trinitatis et gloriose dei genitricis virginis Marie villas subscriptas pleno jure omniumque meorum posterorum liberorum ceterorumque heredum meorum omni contradictione postposita contuli beniuole in perpetuum permansuras. Quare predictus dominus Adam abbas eiusque conuentus pro remedio supradicto omnibusque dampnis ex ipsius subtractione remedii eidem ecclesie illatis patrem et fratrem meum pie memorie, me et meos heredes per presentes litteras nunc et in posterum sub gratia mee conscientie liberos confirmant et solutos. Hec autem sunt ville: Nebersyhuew et ea in qua residebat Otthardus, item Hodennitz, Vzahratky, Oppach cum omnibus harum quinque villarum pertinentiis scilicet cum terris pratis herbis nemoribus et pascuis in bosco in montibus in plano in aquis in viis et semitis et omnibus aliis liberalitatibus et emunitatibus (sic) suis. Item siluam, que sita est inter Nebersyhuew et metas domini Bauwari, in superscriptarum villarum confirmans libertate. Item pro quadam villa, que vocatur Sunnberch, tres villas scilicet Stoiechingen, et ipsam in qua residebat Brazzlaus, et tertiam plagam domini Gerberti bone memorie, quam exstirpauit Jur, eisdem predicta confirmans libertate libere contuli et benigne. In cuius rei testimonium presentes litteras mei munimine sigilli dedi roboratas. Huius facti sunt testes: Dominus Wernhardus de Schaumberch, filii eius Henricus Wernhardus, et frater eius Henricus; dominus Hoierius de Lomniz et filius eius Zmielo; Wocko de Witigenaů, Henricus et Wocko de Chrumnaů, Vlricus et Otto fratres de Nouadomo, Henricus de Hŏritz, Zmielo de Zmielenberch, Wernhardus Pibro, dominus Jacobus plebanus in Rosenberch, dominus Vlricus plebanus in Predol, dominus Theodericus plebanus in Rosental, dominus Creno purchrauius de Pribenitz, dominus Benata purchrauius de Rosenberch, dominus Andreas, dominus Blasius milites mei, Leupoldus camerarius, Troianus procurator et fratres sui Tschaztolaus et Bŏzlaus; Alwich et frater suus Leutoldus de Vinchenhaim, Vlricus de Weichselen et frater suus Psedborius, Watzlaus filius domini

Digitized by Google

Benate, Tschenko et filius eius Duursat et fratres eius Radozt et Dominicus; V̊lricus de Eichorns et frater suus Jan, Rôdolfus de Gusen et filius eius V̊lricus, Jacobus Ladennicer et frater eius; V̊lricus Chreno filius domini Chrenonis, Qual et frater suus Eberhardus filii Odoleni, Syboto judex, et ceteri quam plures. Datum et actum apud Rosenberch anno domini M°CC°Lxxxj° in sequenti die beati Martini episcopi.

1. Das ziemlich gut erhaltene Siegel, ehemals an violetgelbrother Seide hängend, wie in XXII.

2. Millauer p. 82, n. 15.

XXXI.

1282. 1. September. Protiwins. — *Die Brüder Leutold, Ulrich und Rueger, genannt Prueschinchen, schenken dem Cisterciensterstifte Hohenfurt einen Mansus in Einsiedl.*

Quoniam deprecacio justi assidua et deuocio multum valent felixque memoria summum bonum: nos igitur Levtoldus Vlricus et Ruegerus fratres dicti Prueschinchen venerabilis abbatis nec non tocius conuentus Altouadensis ecclesie Cysterciensis ordinis sancte deuocioni inuolui cupientes felicique memorie nos humiliter committentes notum esse volumus vniuersis, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, quod eidem ecclesie predicte in Altouado mansum situm in Nevzadling cum omnibus suis redditibus et vsibus pretaxatis, soluentibus annuatim videlicet VI metretis siliginis vno modio auene VI solidis denariorum Wiennensium siue porco talento etiam pro steura nec non aliis minutis seruiciis, a nobis ibidem super altare gloriosissime Marie virginis iuste et racionabiliter delegatum concedimus et donamus perpetuo possidendum. Vt autem hec donacio permaneat inconuulsa et rata omnimodis teneatur presentes sibi literas cum appensione nostri sigilli dedimus et munimine roboratas. Testibus etiam subnotatis: Domino Wernhardo de Schaumberch seniore nec non fratre eius domino Hainrico filiisque eorum Hainrico seniore et Wernhardo juniore; domino Hainrico de Rosenberch, domino Johanne venerabile plebano in Netolicz, domino Vrso capellano nec non Rudolfo notario Prueschinchorum, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno domini M°C°C°lxxxii. in Protiwins in die sancti Egidii confessoris.

Gut erhaltenes, thalergrosses, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Vorderseite: Rundes Siegel; ein Helm mit flügelartigem

Digitized by Google

Schmuck. — † S. Vlrici Prvschinchi. — Rückseite: Dreieckiges Siegel ein durch einen Querbalken getheilter Schild. — S. Levtoldi. Prveschin.

2. Millauer p. 86, n. 16.

XXXII.

1284. 1. December. O. AO. — *Smil von Gratzen bewilligt dem Stifte Hohenfurt in Stadt und District von Gratzen Mauthfreiheit für Wein, Getreide, Fische und andere Dinge.*

Legum statuta volunt, ut omne, quod agatur in solidum per mortales, testibus idoneis atque fide dignis literarumque apicibus debeat lucidius perennari. Nos igitur Zmilo de Gretzen purchravius in Podebrad scire volumus universos praesentes literas inspecturos, quod ex dilectione, qua amplectimur fratres religiosos conventus in Altovado, porro divinae remunerationis praecipua ratione ipsis in omnibus transducendis suis, quibus ad eorum claustrum potiri videantur, per civitatem nostram Gretzen largam facimus gratiam ex pura voluntate, sive in vino sive in annona, vel in piscibus aut aliis ductilibus quibuscumque, ut eadem transducant per dictam nostram civitatem Gretzen et citra per nostros districtus absque teloneo sive muta libere, absque exactione pecuniae aliqualis a nobis vel a nostris successivis haeredibus in perpetuum sub tranquillo. Ut autem huic ratihabitioni nullum dubietatis scrupulum valeat suboriri in posterum sive tempore successivo, praesentes ipsis conscribi fecimus in evidens testimonium et cautelam sigilli nostri charactere consignatas, testibus subnotatis qui aderant: Ambo nostri patrui videlicet d. Heinricus de Rosenberch. D. Wocho de Witigenow. Noster consanguineus d. Wocko de Lobenstayn. D. Albertus de Strobnitz. D. Bertholdus honorabilis decanus de eodem Strobnitz. D. Henricus noster plebanus in Gretzen. D. Petrus noster miles in Petrinsdorf. Paulus noster procurator et alii quam plures. Acta sunt haec anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto calendis Decembris.

1. Diese Urkunde ist im Original nicht mehr vorhanden, wohl aber war sie es noch zu Millauer's Zeit, der das daran hängende Siegel also beschreibt: „Das Sigill ist ein hangendes, rund, von weissem Wachs. In der Mitte hat es einen dreieckigten Schild mit der bekannten Rose. Die Umschrift ist: S. Zmilonis de Gretzen".

2. Millauer p. 88, n. 17.

Digitized by Google

XXXIII.

0. J. und T. und A0. — *Heinrich von Rosenberg und Albert von Payreschau schenken dem Abt und Convent zu Hohenfurt die Kirche in Strobnitz.*

Cum eorum que geruntur in tempore, obliuio solet memoriam resecare, necesse est, ea tam testium quam scripture memoria confirmari. Vnde nouerint vniuersi Christi fideles presens scriptum visuri et audituri, quod nos H. de Rosenberg de consensu et voluntate vxoris mee Elyzabeth et Albertus de Borischoue de bona ac pia vxoris mee Petronille filiique mei Hogerii voluntate venerabili domino abbati totique conuentui in Altovado pro nostra nostrorumque antecessorum presencium futurorumque amicorum salute animarum ecclesiam in Strobeniz omni jure, quo a progenitoribus nostris possedimus et a nobis ceteri possederunt, perpetuo tradidimus possidendam, vt nobis in Christo dilecti confratres nostri ibidem deo jugiter seruientes ex tali ac tanto elemosinarum beneficio plurimorum indigentias releuare atque ad dei seruicium pro viuorum et mortuorum salute feruentius et salubrius valeant frequentare. In cuius rei testimonium litteras presentes nostrorum munimine sigillorum contulimus roboratas. Huius facti testes sunt: Dominus Bertholdus plebanus eiusdem ecclesie, Dominus Conradus plebanus de Ragizz, Dominus Jacobus plebanus de Rosenberg, Andreas miles de Hossicz, Rodengerus de Haichenpach, Hainricus de Altenburg.

Zwei gut erhaltene, an gelb-grün-schwarzer Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. — *a)* Ziemlich gross. Ein Reiter hoch zu Rosse, dessen Decke mit Rosen übersäet ist, hält in seiner Rechten ein Schwert, in der Linken aber einen Schild mit der fünfblättrigen Rose. Der Helm des Reiters hat fächerartigen Schmuck. — S. Heinrici. Domini. De. Rosenberch. — *b)* Klein; Schild mit einem Pfeil. — † S. Alberti. De. Stropniz.

XXXIV.

1286. 29. Juni. Hohenfurt. — *Heinrich von Rosenberg und Albert von Payreschau wiederholen die Schenkung der Kirche in Strobnitz an das Stift Hohenfurt.*

Tranquillitati domus dei studiose consulitur et prudenter, dum id quod in eivs commodum geritur et honorem, instrumentali fide per scripturam transmittitur noticie posterorum. Eapropter nos Heinricus de Rosenberch et Albertus de Borschowe notum fieri cupimus vniuersis tenore presentium audituris presentibus pariter et futuris,

Digitized by Google

quod prehabita deliberatione et maturo adhibito consilio pari voto et vnanimi consensu cum bona et perfecta voluntate vxorum nostrarum et predecessorum nostrorum ivs patronatus ecclesie in Strobniz, quod ex iusto patrimonio et hereditaria successione ad nos pertinered inoscebatur, cum omnibus dotibus decimis et aliis pertinentiis suis quesitis et inquirendis pleno ivre, quemadmodum progenitores nostri per multa temporum curricula possederunt, dedimus et contulimus coadunatis et potestatiuis manibus liberali donatione ecclesie sancte Marie virginis in Altovado et fratribus ibidem deo iugiter famulantibus iusto proprietatis titulo quiete et liberaliter in perpetuum possidendum, vt ex tali ac tanto elemosinarum beneficio, dum dictis fratribus de bonis a deo nobis collatis providemus, ipsi divino cultui liberius mancipati pro salute viuorum et mortuorum feruentius et salubrius valeant in conspectu domini ministrare. Ne igitur tam sollempnis et liberalis donatio aliqua heredum uel amicorum nostrorum valeat perturbari calumpnia, presentes litteras super eo conscriptas dicto dedimus monasterio in Altovado et fratribus memoratis sigillorum nostrorum et voce subscriptorum testium munimine roboratas. Sunt autem huius rei testes: Dominus Berhtoldus decanus de Strobniz, dominus Chunradus plebanus de Ragiz, dominus Jacobus plebanus de Rosenberch, Andreas de Hossitz, Rogerus de Haichenbach, Heinricus de Altenburch, Conasch de Strizendorf, Nedamir de Bschizawiz, Vlricus Bschedworius fratres dicti de Weihsel, Schenco et filius suus Dwursrad de Metliz, Wazlavs filius Benate, et alii plures. Datum et actum in Altovado anno domini M°CC°lxxx. sexto in festo apostolorum Petri et Pauli.

1. *a)* Siegel Heinrich's von Rosenberg wie in XXXIII., etwas beschädigt und ehemals an grünrother Seide hängend. *b)* Das gut erhaltene Siegel des Albert von Stropnitz, ehemals an grünen Seidenfäden hängend. Vergl. XXXIII.

2. Millauer p. 90, n. 18. — Trajer a. a. O. p. 367, beide mit der falschen Jahreszahl 1287.

XXXV.

1290. 20. März, Prag. — *Bischof Tobias von Prag bestätigt die vorhergehende Schenkung.*

In nomine domini amen. Nos Thobias dei gratia Pragensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum a nobis petitur, quod iustum est, tam vigor iuris quam ordo postulat racionis, ut id ad exaudicionis gratiam fauorabiliter admittamus; pie namque et iuste postulacio

Digitized by Google

iuris explorati veritas non relinquit. Eapropter notum esse volumus vniuersis tenorem presencium inspecturis, quod nos ad preces et deuotam instanciam nobilis viri domini Alberti dicti de Stropnicz donacionem legittimam et perfectam ville dicte Borsow cum iure patronatus ecclesie site in villa eadem, quam ipse honorabilibus viris domino Ottoni abbati et conuentui ac monasterio ipsorum in Altovado ordinis Cysterciensis nostre dyocesis cum omnibus pertinenciis et iuribus ad eandem villam et ecclesiam pertinentibus pietatis intuitu de assensu nostro fecisse dignoscitur ex causa saluberrima et honesta auctoritate qua fungimur, confirmamus ex certa sciencia atque vera et presentis scripti patrocinio communimus, ita ut prefata villa dicta Borsow cum iure patronatus ecclesie iam predicte cum omnibus suis pertinenciis agris pascuis pratis aquis piscacionibus et iuribus omnibus ad predictos dominum abbatem et conuentum ac monasterium ipsorum predictum et successores eorundem in perpetuum inviolabiliter debeat pertinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Viti Wenceslai atque Adalberti martirum ac aliorum sanctorum omnium se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium istud scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Prage anno domini M°CC°LXXXX°xm. Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo, indictionis tercie.

Vergl. XXXV.

XXXVII.

1290. 23. März, Prag. — *König Wenzel II. bestätigt dieselbe Schenkung.*

Nos Wencezlaus dei gratia rex Boemie et marchio Morauie ad uniuersorum perpetuam peruenire cupimus noticiam, quod libenter assensum regium ad illa porrigimus, que tam ad laudem superni regis sueque matris Marie gloriose uirginis fiunt, quam etiam ad illorum sustentationem, qui momentaneis huius mundi spretis secularibus illecebris renunciantes sub iugo dei uitam monasticam elegerunt. Accedente itaque ad nostram presentiam Alberto de Strubnitz cum venerabili Ottone abbate de Altovado, quod uulgariter Houurt nuncupatur, et a nobis humiliter exposcente, vt cum bona sua in Borsow, que asserit ad eum hereditarie pertinere, cum omnibus pertinentiis et iuribus eorumdem agris siluis campis pratis pascuis piscationibus

Digitized by Google

riose ac ad petitionem Ottonis venerabilis abbatis monasterii in Altovado bona in Horzitz cum molendinis aquis et aquarum decursibus piscationibus agris cultis et incultis pratis montibus vallibus rubetis nemoribus venationibus et aliis iuribus et pertinentiis bonorum eorundem, que quondam Zawissius dictus de Falkenstayn apud Henricum de Cassowohora emerat legitime, licet ad nostram potestatem eadem bona et alia bona prefati Zawissii et suorum fratrum propter excessus ipsorum dictante regni nostri iudicio et iusticia absolute fuerint deuoluta, tamen de benignitate regia dictorum bonorum uenditionem per Witigonem fratrem antedicti Zawissii prelibato abbati et suo monasterio in Altouado, quod uulgariter Honurt nuncupatur, pro quingentis marcis puri argenti factam gratiosius admittentes et ratam habentes dicto monasterio, ut perpetuo eadem bona cum predictis pertinentiis suis libere possideat et habeat, autoritate regia confirmamus. Ad maiorem etiam cautelam sepedicto monasterio de possessione dictorum bonorum faciendam Henricus de Cassowohora prenominatus pro se et suis heredibus ac amicis omni actioni et iuri suo, si qua uel si quod in predictis bonis in Horzitz sibi adhuc competeret uel competere uidetur, sponte ac uoluntate renunciauit in nostra presentia constitutus. In cuius rei testimonium et robur perpetuo ualiturum presens scriptum fieri et nostrorum sigillorum munimine iussimus roborari. Datum Prage per manus magistri Petri regni nostri prothonotarii. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, xvij° Kalendas Decembris, indictione quarta.

1. Grosses., zwar entzwei gebrochenes übrigens aber gut erhaltenes, an gelbroth grünen Seidenfäden hängendes Siegel in weissem Wachs. — Vorderseite: Ohne Krone sitzt der König auf dem Throne und hält in der Rechten ein Schwert, während sich zu seiner Linken ein Schild mit dem zweifach geschwänzten Löwen befindet. — † Wenceslaus. Secundvs. Dei. Gracia. Otakari. Regis. Qvondam. Filius. Dominvs. Et. Eres. Regni. Boemie. Rückseite: Dahersprengender Reiter, in der Rechten eine Lanze mit Fahne, worauf ein Löwe, haltend, über die linke Achsel aber einen Schild, worauf ein Adler, geworfen; der Helm mit fächerartigem Schmuck. — † Wenceslavs. Secvndvs. Dei. Gra. Otakari. Regis. Qvondam. Filivs. Dominvs. Et. Heres. Marchionatvs. Moravi . .

2. Millauer p. 101, n. 22.

Digitized by Google

XXXIX.

1290. 16. November, Prag. — *Bischof Tobias von Prag pfarrt auf Bitten des Abtes von Hohenfurt die Payreschauer Pfarrkinder nach Steinkirchen ein.*

Nos Thobias dei gratia Pragensis episcopus notum esse volumus omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos vtilitatibus monasterii de Altovado ordinis Cisterciensis nostre dyocesis intendere cupientes plebem, que ad ecclesiam de Borsow spectabat, in qua predictum monasterium pro suo commodo grandiam*) edificare proponit, ad ipsius monasterii abbatis instanciam ecclesie parrochiali in Wiest pleno iure subicimus presencium per tenorem, volentes ut eadem plebs apud predictam parrochiam de Wiest recipere debeat quelibet ecclesiastica sacramenta ac plebano, qui ad presens est vel fuerit in futurum, tamquam suo vero pastori in quibuslibet iuribus parrochialibus teneantur sine reffragacione qualibet respondere. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum Prage anno domini M° CC° lxxxx° xvi. Kalendas Decembris, pontificatus vero nostri anno duodecimo, indictionis tercie.

1. Das beschädigte, an gelbgrünrother Seide hängende Siegel wie in XXXV.

2. Millauer p. 96, n. 20.

XL.

1290. O. T. und AO. — *Die Brüder Witigo und Wok von Krumau schenken zu ihrem und ihres Bruders, Zawiš von Falkenstein, Seelenheile dem Stifte zu Hohenfurt die Dörfer Ulrichsschlag, Klein-Drasen und Hohenschlag.*

Cvm per negligenciam hvmanam et diuturnitatem temporis multa hominvm facta obliuione torpescant, saniorum consilio sanccitum est, ut ea que racionabiliter fiunt, litterarum memorie commendentur et ad posteros transmittantur. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Witigo et frater mevs Woko filii domini Wudwoii pie memorie de Chrumenav, dum adhuc in plena rerum nostrarum disponendarum potestate essemus constituti, accensi desiderio eternorum temporalia cupientes pro celestibus commutare, domui sancte Marie semperque virginis in Altovado, quod vulgariter Hohenfurt nuncupatur, ordinis

*) Soll heissen „grangiam".

Digitized by Google

Cysterciensis fundacioni nostre et amicorum nostrorum tres villas nostras nobis hereditarie attinentes, scilicet Vlreichschlag et minus Drasen et in Hohenslag, cum omnibus attinenciis et iuribus earundem pratis agris cultis et incultis pascuis viis et inviis nemoribus virgultis montibus et vallibus aquis piscacionibus venacionibus cum terminis distinctis liberaliter ac sine contradictione cuiuslibet in remissionem nostrorum peccaminum et aliorum propinquorum nostrorum et ob remedium anime dilecte fratris nostri Zawisii et ad restauracionem remedii predicti fratris nostri quod per neglienciam in toto nondum fuerat persolutum, tradidimus iure perpetuo possidendas. Et prenotate domus abbas easdem villas redigat ad usus ecclesie sue, prout sibi et fratribus ibidem deo famulantibus nouerit melius expedire. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari, presentem cartam antedictis fratribus in Hohenfurt devm pro nobis exorantibus tradidimus sigillatam cum testimonio patrui nostri Hainrici de Rosenberch et aliorum proborum virorum, videlicet Thsenconis, Andree militum, Wisconis, Vlrici, Thsedworii fratrum de Weihseln, Qualonis de Sheztav, et aliorum plurimorum quorum propter abreuiacionem nomina sunt obmissa. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

1. Schönes, ziemlich grosses und gut erhaltenes Siegel in weissem Wachs. Dasselbe hing einmal wahrscheinlich an Seidenfäden. — Einen dreieckigen Schild mit der fünfblättrigen Rose deckt ein Helm mit einer Rose, aus derer jedem Blatte ein farrenkrautähnliches Gewächs entspringt, zur Zierde. — † S. Wi . . gonis. De. Chrvmnav.

2. Millauer p. 98, n. 21.

XLI.

1291. 0. T. Rosenberch. — *Smil von Gratzen schenkt dem Stifte die Kirche in Deutsch-Reichenau und nebstdem den dritten Theil der Zehnten von den Deutschreichenauer Pfarrdörfern.*

Diuino atestante eloquio didici, quia quicquid misericorditer ac respectu pietatis inpenditur, et auctorem suum adiuuare et in die remuneracionis optatum ei premium adportare (sic). Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Zmielo de Graetzen diuinis inspiracionibus informatus ecclesiam meam in Reychenaẅ, cuius collacio et ius patronatus iure hereditario ad me spectat, tradidi domui beate Marie virginis in Hohenfv̈rt ordinis Cystercciensis cum tercia parte omnium decimarum cunctarum villarum, que ad prefatam dinoscuntur

Digitized by Google

ecclesiam pertinere, iure perpetuo possidendam in meorum peccaminum remissionem et ob remedium propinquorum meorum, qui de hoc seculo migrauerunt, sperans per hec et alia beneficia, quibus deum honorare desidero in seruis suis, quandoque apud dominum omnium bonorum retributorem misericordiam inuenire. Hoc etiam uolui memorie commendandum, quod eiusdem ecclesie plebanus nomine Paeblo, cui eandem contuli, propter deum eam possideat ad dies suos; post mortem uero predicti sacerdotis antedicte ecclesie collacio spectat ad abbatem et conuentum in Hohenfŵrt pleno iure. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari, presentem cartam predictis fratribus tradidi meo sigillo et dilecti cognati mei domini Hainrici de Rosenberch sigilli munimine roboratam. Huius rei testes sunt: Dominus Hainricus cognatus meus de Rosenberch, dominus Hainricus et dominus Wocho fratres dicti de Chrvmbenaŵ, dominus Albertus de Strobnitz, dominus Benisius de Horach, dominus Shenko de Dvdlieb, Dŵrsata de Cypping, Watzlaus purcrauius de Rosenberch, Albero et Bvdilaus fratres de Horach, et alii quam plures. Actum anno in Rosenberch anno domini M° CC° nonagesimo primo.

1. Die beiden, an Pergamentstreifen hängenden Siegel sind gut erhalten. *a)* Ziemlich gross und in weissem Wachs abgedruckt. — Ein Schild mit der fünfblättrigen Rose. — † S. Zmilonis. De. Gretzen (oder Gretzen?). *b)* Das zweite Siegel ist klein und in grünes Wachs gedruckt. — Spuren eines Schildes, dessen Zeichen aber nicht mehr erkennbar ist, mit einem Helm darüber, dessen Schmuck in dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes besteht. — Sigil. Wilhelmi. De Rosenberk. Millauer hat dieses Siegel nicht genau untersucht und daher übersehen, dass dasselbe schon nach seiner äusseren Gestalt einer anderen Zeit angehören müsse. Vergl. seinen Ursprung p. 107, Anm. 162. Ich unterlasse es, darüber, wie das Siegel einer bedeutend späteren Zeit und eines später lebenden Mannes an diese Urkunde gehängt werden konnte, Vermuthungen auszusprechen.

2. Millauer p. 105, n. 23. — Trajer a. a. O. p. 290.

XLII.

1291. 0, T. und A0. — *Dominik von Passauerschlag schenkt dem Cistercienserstifte zu Hohenfurt zwei Theile des Zehnten von seinen Gütern in Passern.*

Ab humana citius elabuntur memoria, que nec scripto nec uoce testium eternantur. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Dominicus de rebus diuinitus mihi collatis seminare cupio in terris, vnde manipulos colligam letanter in celis. Inspiratione igitur domini in-

Digitized by Google

formatus duas partes decime de omnibus bonis meis in Pazzawerslag tradidi domui beate Marie virginis in Hohenfvrt ordinis Cysterciensis in perpetuum possidendas in uita mea pariter et post mortem, ad quoscumque ipsa bona in posterum peruenerint, possidenda in meorum peccaminum remissionem. Vt autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari, presentem cartam fratribus in prefata domo deo iugiter famulantibus tradidi sigillo nobilis domini mei de Rosenberch cum appositione sigilli mei munimine roboratam. Actum anno domini M°CC° nonagesimo primo.

1. Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Das gut erhaltene Reitersiegel Heinrich's von Rosenberg, dessen nähere Beschreibung in XXXIII. *b)* Von dem kleinen Siegel des Dominik ist nur mehr der obere linke Seitentheil vorhanden. Man sieht auf demselben den Überrest einer *S*-förmigen Zeichnung und von der Umschrift nur mehr: † S.

2. Millauer p. 107, n. 24.

XLIII.

1292. 13. Jänner. O. A0. — *Hedwig von Schaumberg, Witwe nach Wok von Rosenberg, tritt ihre Rechte auf die Strobnitzer Kirche dem Hohenfurter Kloster ab.*

Ego Hedwigis dicta de Shaunberch quondam relicta pie memorie domini Wokonis de Rosenberch iam defuncti presentibus et futuris per presentes litteras cupio pro testimonio innotesci, quod ecclesiam meam in Strobinitz, cuius ius patronatus pro medietate cum aliis bonis attinenciis (sic), que a predilecto supradicto meo marito domino Wokone marsalco regni Bohemie accepi pro sposalibus (sic), cum quibus ipsius (sic) fui matrimonio copulata, fratribus fundacionis mee, claustri quod Altusvadus dicitur, Cysterciensis ordinis ipsam solam ecclesiam tradidi cum omni iure meo, quatenus abbates antedicti monasterii ipsam ecclesiam perpetuo cum suis fratribus possideant ac conferant, prout ipsis uidebitur expedire. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei testimonio tradidi communitam (sic). Datum anno domini M°CC° nonagesimo secundo in die octaua epyphanie domini nostri Jesu Christi.

1. Kleines, beschädigtes, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Zwei in einander verschlungene Hände und beiderseits ein Pfau. — † Hed...oietsa, D'. Schowenbk'.

2. Millauer p. 109, n. 25.

Digitized by Google

XLIV.

1292. 11. Juni, Salzburg. — *Die Bischöfe Friedrich von Chiemsee und Heinrich von Lavant verleihen dem Kloster zu Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Fridericus et Hainricus dei gratia Chiemensis et Lauentinensis ecclesiarum episcopi vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Cupientes Christi fideles quibusdam muneribus illectiuis indulgentiis scilicet et remissionibus ad pietatis et deuocionis opera inuitare, vt exinde reddantur diuine gratie apciores, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium sancte Marie virorum religiosorum ordinis Cysterciensis in Altovado Pragensis dyocesis in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie et in anniuersario dedicacionis ipsius deuocionis causa peruenerint, ac ad structuram eiusdem, quod propter operis celebritatem qua inchoatum est, non valet sine aminiculo Christi fidelium comode consumari, manum porrexerint adiutricem, vterque nostrum quadraginta dies iniuncte sibi penitentie misericorditer in domino relaxamus, dummodo illud de dyocesani processerit voluntate. Datum Salzburge anno domini millesimo CC^mo^ nonagesimo secundo III. Idus Junii.

Zwei gut erhaltene, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — Auf dem einen wie dem andern sieht man einen Bischof auf einem Stuhle sitzen, die Rechte zum Segenspenden erhoben. — † S. Friderici. Dei. Gra. Epi. Ecce. Chiemensis. — † S. Heinrici. Dei. Gra. . . . Ecele. Laventin.

XLV.

1292. 3. Juli, Prag. — *König Wenzel II. gibt dem Stifte Hohenfurt für die Dörfer Strodenitz, Malschitz und Záboř acht andere Dörfer, worunter Strićitz nebst der dasigen Kirche, und einen Theil des Waldes bei Dobschitz.*

Nos Wenceslaus dei gratia rex Boemie dux Cracouie et Sandomerie marchioque Morauie harum serie notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod felicis memorie dominus Otakarus illustris rex Boemie karissimus pater noster villam forensem dictam Zdradonicz circa ciuitatem nostram Budiwoyz necnon Plawen Malschicz et Zaborsi ad monasterium in Altovado Cisterciensis ordinis pertinentes accepit, quarum tres videlicet Zdradonicz Malschicz et Zaborsi dicte ciuitati adiunxit, pro quibus quatuor villis dictus pater noster villas dictas Nencitz Bellela Craschan et Tupes quondam Zua-

Digitized by Google

tumiri militis de Nemcicz in commutacionem prefato monasterio assignauit. Cumque per heredes dicti militis, quod eedem ville videlicet Nemchicz Bellela Craschan et Tupes ad eos racionabiliter pertinerent, nobis facta fuerit plena fides, eas restituendas duximus heredibus memoratis. Volentes itaque monasterium ipsum indempne super commutatione predicta seruare, villam predictam Plawen prefato monasterio restituimus et pro dictis tribus villis Zdradonicz Malshicz et Zaborsi villas nostras dictas Strishicz cum ecclesia in ea sita Borach Zaborsi Badiczi Holaschawicz Shemil Dubshicz Lupanawicz et partem silue Chraski usque ad metas inter bona monasterii Sancte Corone ac Henrici de Rosemberch et Johannis de Monte Michaelis, cum pratis pascuis agris cultis et incultis aquis et aquarum desursibus piscationibus et uenationibus ac iuribus omnibus racionibus et pertinenciis villarum ipsarum dicto monasterio de Altovado in cummutacionem damus tradimus et etiam assignamus, per abbatem et conuentum ipsius monasterii de Altovado commutationis titulo in perpetuum possidendas. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri. Datum Prage per manus magistri Petri prothonotarii nostri Pragensis Wratislauiensis et Wissegradensis ecclesiarum canonici. Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo V° Nonas Julii. Indictionis quinte.

1. Beschädigtes Siegel wie in XXXVIII.
2. Millauer p. 110, n. 26.

XLVI.

1292. 0. T. Rom. — *Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe verleihen der Kirche der heil. Jungfrau Maria zu Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Rogerius Seuerinensis et Johannes Mokicensis dei gratia arciepiscopi, Cyprianus Vouensis Jacobus Acernensis Saluus Racanatensis Daniel Laquedoniensis Perronus Larinensis Jacobus Treuentinus Guillelmus Callensis Romanus Croensis Berardus Fulginas eadem gratia espicopi salutem in domino sempiternam. Vite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium supernorum, a redemptis pretio sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur vt ecclesia sancte Marie virginis

Digitized by Google

religiosorum virorum ordinis Cysterciensis in Altovado Pragensis dyocesis congruis honoribus frequentetur, et cunctis Christi fidelibus jugiter veneretur, que quidem ecclesia magis sumptuose construitur, nec illi ecclesie ad hoc proprie suppetant facultates, per quod illud laudabile opus ad honorem Marie sic inceptum possit laudabiliter consumari, vniuersitatem vestram monemus rogamus et in domino exhortamur, quatenus in remissionem vestrorum peccaminum de bonis vobis a deo collatis pias elemosinas et grata caritatis subsidia ad fabricam ipsius ecclesie erogetis. Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auc toritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad fabricam predicte ecclesie manus adiutrices porrexerint, aut qui ad ipsam ecclesiam in festis videlicet natiuitatis domini resurrectionis ascentionis et pentecostes in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie Michaelis archangeli Johannis baptiste et ewangeliste Petri et Pauli atque alio-rum apostolorum Laurentii martyris Martini et Nycholai confessoris Marie Magdalene Katerine Margarite Cecylie virginum jn die omnium sanctorum in die dedicationis vel in anniuersariis eiusdem diei ac singulis sextis feriis per circulum tocius anni causa deuotionis accesserint, aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legauerint ecclesie prelibate, singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus dyocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome. Anno domini millesimo CC° nonagesimo secundo pontificatus domini Nycholai pape quarti anno quinto.

Eilf mehr oder minder gut erhaltene, an rothseidenen Fäden hängende Siegel in rothem Wachs. — *a)* und *b)* Sitzender segnender Bischof. —. . ogerii. Dei. Gra. A . . hiepi. S. Severin. E. — S. Johis. Arciepi. S. Ecci. Mveise. — *c)* In der oberen Hälfte Maria Hilf, in der unteren, ein auf den Knien liegender Bischof; rechts eine heraldische Lilie, links ein gehörnter Thierkopf. — S. Ciprian . . . Gra. Vov. Ec. (Ecl.?) Epi. — *d) e) f) k) l)* Stehender segnender Bischof. — S. Fris. . . . vi. Dei. . . a. Epi. Racanaten. — Sig. . . cobi Epi . . . nti . . . — S. Fris. Danielis. Di. Gra. Laqdonen. Epi. — S. Gvilli. Dei. . . . Callen. Epi. — S. Fris. Romani. . . Gra. Crohen. Epi. — *g)* In der oberen Hälfte Maria Hilf und beiderseits sie Anbetende, in der unteren ein knieender Bischof. — Si . . lv . . Fris. Jac . . . Episc . . . nesis. — *h)* In der oberen Hälfte Maria Hilf und beiderseits C und O, in der unteren ein stehender segnender Bischof und beiderseits ein Stern. — S. Perro . . Larinen . . . p . . — *i)* Stehender

Digitized by Google

segnender Bischof, über dessen Haupte ein ihn segnender Engel schwebt. — † S. Berardi. Dei. Gra. Epi. Fulginatis.

XLVII.

1292. 0. T. Rom. — *Mehrere Bischöfe verleihen der Kirche des heil. Nikolaus in Rosenberg einige Indulgenzen.*

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos littere presentes peruenerint, Johannes dei gratia archiepiscopus Mucicensis, Cyprianus Vouensis Perronus Larinensis frater Daniel Laquedoniensis Jacobus Treuentinus Guuilhelmus Callensis et Romanus Crohensis eadem gracia episcopi, salutem in domino sempiternam. — Uite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium supernorum, a redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet adquiri uirtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi set precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. — Cupientes ut ecclesia parochialis sancti Nicholai confessoris in Rosenberh Pragensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a cunctis Christi fidelibus iugiter ueneretur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festis subscriptis, videlicet in natiuitate domini resurreccionis ascensionis et pentecostes in quatuor festiuitatibus beate et gloriose semper virginis Marie sancti Michaelis archangeli beatorum Johannis baptiste et euangeliste sanctorum Petri et Pauli beati Nicholai pontificis Marie Magdalene Margerete Katerine virginum et aliorum patronorum dicte ecclesie in die dedicacionis uel in anniuersario eiusdem diei et per octauas festiuitatum predictarum causa deuocionis accesserint, aut qui ad fabricam luminaria ornamenta seu ad alia necessaria ipsius ecclesie manus adiutrices porrexerint aut in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legauerint ecclesie prelibate, singuli singulis singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitenciis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus. — In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome anno domi: M°CC° nonagesimo secundo sede apostolica vacante.

Sechs an rothen Seidenfäden hängende und sehr stark beschädigte Siegel in rothem Wachs. — *a) b) c) d) f) g)* siehe in XLVI, *e)* fehlt ganz.

Digitized by Google

XLVIII.

1293. 25. Februar. Rosenberch. — *Heinrich von Rosenberg gibt seinem Diener Ulrich, genannt Gusner, als Belohnung für dessen treue Dienste das Dorf Waldau zu Eigen.*

Cum res gesta mandatur litteris, vniuersa calumpnie materia preuenitur. Nos igitur Henricus dominus de Rosenberch notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos fideli famulo nostro Vlrico dicto Gusner atendentes ipsius obsequi fidelitatem villam nostram in Waldawe cum omnibus ad eandem iuste pertinentibus videlicet agris campis pratis atque siluis, iure hereditario contulimus possidendam. In cuius collacionis testimonium et robur validissum (sic) presentem litteram fecimus nostri sigilli munimine roborari testibus subnotatis: primo domino Wenzeslo purchrauio in Rosenberch, Wolfrado de Gusen, Zenco de Zipin, Dworata filio ipsius, Vlrico de Weichsel, Pribislao Lednicer, Ortlino Seubelperger, Freisinger, Ditmar de Nemze, Vlrico de Sestauue, Walwano, Petro, Otone, Troiano, Zastawoio, et aliis quam pluribus fide dignis.

Actum et datum in Rosenberch anno domini M°CC° Lxxxxiij° V° Kalendas Marcii.

Das gut erhaltene Reitersiegel Herrn Heinrich's von Rosenberg an violet gelbrother Seide hängend. Vergl. XXXIII.

XLIX.

1293. 22. April. Prag. — *Bischof Tobias von Prag verleiht der Kirche der sel. Jungfrau zu Hohenfurt einige Indulgenzen und bekräftigt solche andere derselben Kirche von mehreren Erzbischöfen und Bischöfen verliehene.*

Thobias dei gratia Pragensis episcopus vniuersis Christi fidelibus per Pragensem ciuitatem et dyocesim constitutis salutem in domino sempiternam. Inter opera caritatis elemosina est, que opperit multitudinem peccatorum et diuinam offensam mitigat, dat gratiam in presenti et addicit gloriam in futuro. Sperantes igitur nos ad quecunque pietatis opera beniuolos et faciles inueniri, vniuersitatem vestram requirimus et hortamur in remissionem vobis vestrorum nichilominus peccaminum iniungentes, quatenus ad opus ecclesie sancte Marie virginis gloriose monasterii de Altovado, quod construitur et construi debet opere sumptuoso nec ad ipsum consuman-

Digitized by Google

dum proprie suppetunt facultates, de bonis a deo collatis vobis vestras pias elemosinas et alia grata caritatis subsidia taliter errogare curetis, vt per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et sanctorum eius meritis et intercessionibus confidentes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictum opus manum porrexerint adiutricem xl^{a} dies criminalium et annum peccatorum venialium misericorditer relaxamus, peccata insuper oblita vota fracta, si ad ea redieritis, offensas patrum et matrum sine inieccione manuum violenta ac iuramenta, que fiunt animi leuitate, vobis nichilominus in ipsius dei misericordia condonantes; preterea indulgencias venerabilium in Christo patrum Fridrici Clyemensis (sic) Heinrici Lauentinensis Rogerii*) Seuerinensis Johannis Mokycensis Cypriani Vouensis Jacobi Acernensis Salui Patanac(e)nsis (sic) Danielis Laquedoniensis Perroni Larniensis Jacobi Treuentini Guillelmi Callensis Romani Croensis Berchardi Fulginas dei gratia archiepiscoporum et episcoporum eidem monasterio collatas ratas ac gratas habentes auctoritate qua fungimur, confirmamus presentibus in perpetuum valituris. Datum Prage anno domini M^{o}CC^{o} lxxxx^{o} tercio x. Kalendas Magi**). Pontificatus nostri anno xv^{o}, indiccionis sexte.

Gut erhaltenes, an gelbroth seidenen Fäden hängendes Siegel, dessen nähere Beschreibung bei XXXV. Doch fehlt hier das Gegensiegel.

L.

1293. 15. Juni. Prag. — *Bischof Theodorich von Olmütz verleiht dem Kloster der Cistercienser zu Hohenfurt Indulgenzen.*

Th. dei gratia Olomucensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino Jesu Christo. — Quia nichil viriditatis habet ramus boni operis, nisi manserit in radice karitatis, deuocionem vniuersitatis vestre hortamur in domino flagitantes, quatenus ad monasterium sancte Marie genitricis dei in Altovado Pragensis diocesis ob amorem Jesu Christi de bonis a deo vobis collatis pias dignemini elemosinas erogare, vitam eternam

*) Ursprünglich „Rogerius".
**) Ursprünglich „Magii".

Digitized by Google

transitoriis mercaturi. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et dilectissime matris eius confisi patrocinio omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictum monasterium manus porrexerint adiutrices, et qui ad ipsum monasterium causa deuocionis accesserint, suorum peccatorum veniam petituri, xl dies de iniuncta penitentia misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetue valituris. — Datum in Praga anno domini M°CC° nonagesimo tercio in die sancti Viti.

Gut erhaltenes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Bischof stehend segnend. — Theodericvs. Dei. Gra. Eps. Olomvcen.

LI.

1293. 15. Juni. Prag. — *Die Bischöfe Heinrich von Merseburg und Bernard von Meissen ertheilen gleichfalls der Kirche der sel. Jungfrau Maria zu Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Heynricus Mersburgensis Bernardus Mysnensis dei gratia ecclesiarum episcopi vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. — Cum ex sacri pontificatus officio diuina dispensatione nobis credito teneamur ad pietatis opera et ad honorem debitum deo et sacris edibus inpendendum Christi fideles indulgenciis et remissionibus invitare, vt exinde reddantur ad promerendum diuinam gratiam apciores omnibus vere penitentibus et confessis, qui monasterium in Altovado Cysterciensis ordinis Pragensis dyocesis in quatuor festiuitatibus gloriose virginis Marie in festo natiuitatis domini resurrectionis atque penthecostes et per singulas octauas eorundem festorum causa deuocionis in spiritu humilitatis accesserint, aut qui ad fabricam luminaria ornamenta vel alia necessaria iam dicti monasterii manus in karitate porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus dyocesani ipsius loci ad id accesserit, misericorditer relaxamus, presentibus perpetue valituris. — Datum Prage anno domini M° CC° nonagesimo tercio in die beati Viti martyris. Pontificatus Mersburgensis episcopi anno xj°, Mysnensis vero episcopi anno primo.

Das Siegel Bernard's von Meissen fehlt. Das andere ist etwas beschädigt, an Pergamentstreifen hängend in weissem Wachs. — Ein Bischof auf einem Stuhle sitzend. — † S. H . nrici. Dei. Gra. Me . . . vrgn. Eclesie. Epi. Sc.

Digitized by Google

LII.

1293. 12. Juli. Zobislaus. — *Heinrich von Rosenberg und Smil von Gratzen legen als Schiedsrichter den zwischen dem Stifte Hohenfurt und den Söhnen des Heinrich von Kosowahora wegen der Höritzer Güter entstandenen Streit gütlich bei.*

Legum statuta swadent et necessarium est, vt acta hominum que aguntur, ne obliuio sit solita ea recesare a memoria, debeant ydoneorum virorum testibus nec non litterarum apicibus solidari. Nos igitur Heinricus de Rosenberch et Zmilo de Gretzen ad vniuersorum noticiam presenti scripto tam presentium quam futurorum in ueri deposicione testimonii cupimus peruenire, quod reuerendus dominus Otto abbas de Hohenfurt pariter et totus conuentus fratrum eiusdem monasterii emerunt vniuersa bona in Horzitz cum omnibus ad hec pertinenciis pratis rubetis cultis et incultis apud viros nobiles dominum Zawissium et dominum Witigonem fratres de Laedenitz empcionis more racionabili ac consueto, que quondam viri nobilis domini Heinrici de Cozzowahora fuerunt ex ipsius uoluntate gratuita omnimodo et consensu, qui eciam coram magnificencia illustri regis Boemie Wenzeslay nunc regnantis pro se atque pueris suis ipsa bona estuantibus desideriis animoque discretiuo affectuosius resignauit dicto domino abbati atque conuentui fratrum dicti monasterii, prout priuilegia dicti regis incliti lucidius protestantur. Porro auctor sceleris, perswasor fraudis, leo rugiens, milleartifex seminator zizanie, suum lolium seminauit, ita ut ipsius pueri dicti domini Heinrici de Cozzowahora ipsum dominum abbatem bonis inpeterent pro eisdem. Ad decidendam autem cuiuslibet materiam scandali seu omnis omnino inconuenientem incongruamque causam litigii dictorum puerorum medullitus abolendam ab utraque parte scilicet a domino abbate a dictis pueris peremptorie in arbitros eligebamur. Huic honeri tanquam illi, qui virtutem colimus, vicium profligamus, nostros humeros submittentes pactibus interclusis, si prefatus dominus abbas nostro arbitrio non obediret, quod foret in quingentis marcis argentis nobis arbitris obligatus, et si uice uersa prenominati pueri ausu temerario seu moti maliuolencia qualicumque nostro arbitrio in aliquo contrairent, quod similiter nobis arbitris quingentas marcas

Digitized by Google

argenti persoluerent quolibet dubii sine scrupulo. Huius autem persolucionis totidem marcarum videlicet quingentarum dominus Bernhardus de Bernhartitz ex parte dictorum puerorum uersus nos est in solidum perpetuus fideiussor. Decreuimus autem arbitrando quamuis immerito, quod uiri religiosi licet de iure dare nichil tenerentur, quod quinquaginta marcas argenti sepefatis pueris erogarent, vt ammodo iidem pueri eundem dominum abbatem et suos confratres non inpeterent infestando pro eisdem bonis in Horzitz temporibus affuturis, sed pacifice ea iure hereditario libere ac perpetuo contradiccione possiderent qualibet procul mota. Hec uero efficaciter iuxta uoluntatis nostre arbitrium impleuerunt, dictas quinquaginta marcas argenti persoluentes pueris ex integro prelibatis. Huiusmodi autem arbitrium efficax factum est in presencia virorum nobilium domini Zezame de Landesteyn, domini Wochonis de Witigenow ac domini Hogeri de Lompnitz atque firmissime stabilitum. Vt autem hec manifesta confirmacio illibata et inconfracta perpetuo tempore conseruetur sepefato domino abbati ac conuentui fratrum in Hohenfurt presentes litteras conscribi fecimus in euidens testimonium et cautelam sigillorum nostrorum necnon sigillorum virorum nobilium, in quorum presencia factum est arbitrium superius prenotatum, caractere insignitas testibus subnotatis qui sunt: Dominus Stephanus de Priesnitz, dominus Nedamirus de Lobanitz, dominus Ontscho de Nemschitz, dominus Liupoldus de Vgetz milites domini Heinrici de Rosenberch, Wltscho de Zedlo, Albertus et Budyloius fratres dicti de Horach, dominus Hron et dominus Dytmarus fratres de Zbinitz milites domini Zmilonis de Gretzen, dominus Ztata de Vdin miles domini Hogeri de Lompnitz, dominus Luteborius de Zletowitz, et alii quam plures viri racionabiles ac discreti. Acta sunt hec in Zobizlaus anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, quarto Ydus Julii.

1. Fünf an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Kleines dreieckiges Siegel mit einer fünfblätterigen Rose. — S. D. Wocconis. D. Witgnov. — *b)* Sehr kleines dreieckiges Siegel mit einer gleichen Rose. — † S. Zmiloni. De. Grezcen. — *c)* Das Reitersiegel Heinrich's von Rosenberg, hier beschädigt, siehe bei XXXIII. *d)* Rundes Siegel mit einem dreieckigen Schild, worauf eine fünfblätterige Rose. — † Sigillvm. Hogeri. De. Lomnitz. *e)* Sehr kleines rundes Siegel. — Ein Helm, worauf eine Rose, von der nur mehr drei Blätter sichtbar sind; an den Spitzen eines jeden dieser drei Blätter erscheint aber wieder die fünfblätterige Rose. — † S. Secretor. Ze. D. Lädstaỹ.

2. Millauer p. 113, n. 27.

Digitized by Google

LIII.

1300. 25. December. O. AO. — *Smil von Gratzen verkauft deme Abt und Convent des Klosters zu Hohenfurt das Dorf Gerleithen in der Strowinitz um 200 Pfund Wiener Pfenninge.*

In dem nomen der heligen driualtichait amen. Swaz man ewich wil machen durch der zeit vnstet vnd der leut absterbunge, muez man den, di noh vns chunftich sint, die worhait also vurgehn mit der shrift, daz dehain vngeslicht oder vnrecht muge geshaden der rehtichait. Dar vmbe ich der gehaizen pin Zmiel von dem Gretzen tuen allen den chund, di nu sind oder chunftich sind, daz ich vm mein durft verchauft hon mein dorf Gerleithen, daz do haizet in der Strowinitz, vm zwai hundert phunt Wienner phenige dem erwern abt vnd seiner samnunge des chlosters datz dem Hohenfurt vuer rehtez aigen ewichleichen ze besitzen mit allem nutz, iz sei acher wis waid holtz wazzer mul vishrei oder geiait vnd swi iz gehaizen mach, des dasselb aigen reht hot, also daz ich mir und meinen chinden dehain reht vns behalden. Dar vber hon ich gelobt, ob an demselben aigen dehain chrieg wer oder wurd, den schol ich in ledign on ir shaden vnd meht ich des nicht getuen, so shuln sie habn ze widerwet mein dorf datz Reihnaw ze rehten aigen, als ich in daz vor genant dorf in der Strobinitz verchauft het. Vnd swaz rehtes an demselben dorf ist vershriben, daz shol der vorgenant abt vnd sein samenuge an Reihenawe reht habn. Vnd swaz daz aigen tevrr ist den zwair hundert phunt, daz wil ich sein mein selgeret hintz dem Hohenfurt. Vber denselben chauf, daz der stet sei, gib ich in disen brief zv ainer hanfest verinsiglten mit meins vetern insigl hern Hainreihs von Rosenberch, vnd mit meinem insigl vnd mit meins bruder insigl hern Witign. Ditz ist geshen, du ergangen worn von Christes geburde tausent iar vnd drev hundert iar in den veirtagen ze weinahten.

Zwei an Pergamentstreifen hängende, etwas beschädigte Siegel in weissem Wachs. Die nähere Beschreibung des Siegels Smil's von Gratzen siehe bei LII und des Siegels Heinrich's von Rosenberg bei XXXIII. Das Siegel des Witigo ist verloren gegangen.

Digitized by Google

LIV.

1300. 0. T. Rom. — *Mehrere Erzbischöfe und Bischöfe verleihen der Kirche des heil. Nikolaus in Rosenberg Indulgenzen.*

Uniuersius Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos Basilius Irosolimitanus (?) Raynucius Calaritanus Adenulphus Consanus gratia dei archiepiscopi, Nicolaus Tortibulensis Jacobus Calcedoniensis Manfredus Sancti Marci Nicolaus Neocastrensis Antonius Chenadiensis Rogerius Esculanus Landulphus Ferentinatus eadem gratia episcopi, salutem in domino sempiternam. — Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate benignitate sperancium tunc pio fauore precipue prosequitur, cum deuota eorum humilitatis sanctorum meritis in precibus adiuuatur. Cupientes igitur vt ecclesia sancti Nycolai episcopi in Rosenberch Pragensis dyocesis congruis honoribus a Christi fidelibus iugiter frequentetur, et frequentantes pro temporali labore perpetue quietis munere gratulentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in subscriptis festiuitatibus seu diebus, videlicet ipsius sancti Nicolai episcopi natiuitatis circumcisionis epyphanie resurrectionis ascensionis et pentecostes in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis Petri et Pauli et aliorum apostolorum Michahelis archangeli Johannis baptiste commemoratione omnium sanctorum et omnium Christi fidelium animarum Laurencii Georii martyrum Nicolai Martini confessorum Katerine Margarete virginum ac in dedicatione ipsius ecclesie et per octauas ipsarum festiuitatum octauas habencium accesserint annuatim, aut qui ad fabricam eiusdem ecclesie luminaria ornamenta seu alia necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in bona sui corporis sanitate siue in extremis laborantes quicquam suarum legauerint facultatum, vel qui presbyterum dicte ecclesie sacra communione et vnctione infirmos visitantem accesserit et reuerenter associauerit, et cimiterium ibidem dominica oratione et angelica salutatione frequentauerit deuote, nos omnipotentis dei misericordia ac perpetue virginis Marie beatorum Petri et Pauli apostolorum omniumque sanctorum auctoritate confisi singuli nostrum singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus, dummodo dyocesani voluntas ad id accesserit et consensus.

Digitized by Google

In cuius rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. — Datum Rome anno domini M.CCC°, pontificatus domini Bonifacii pape octaui anno sexto. (Folgt nun die Bestätigung durch den Bischof Johann von Prag, ddo. 6. Jänner 1303. Siehe Nr. LVII.)

Zehn meist sehr stark beschädigte, an blau gelbweissen Zwirnfäden hängende Siegel in rothem Wachs. — *a)* In gothischer Capelle segnender Bischof, zu dessen Häupten rechts ein sechsstrahliger Stern. *b)* In einer eben solchen Capelle ein Bischof sitzend und segnend, ober ihm Maria Hilf, rechts und links aber je eine Lilie. *c)* Ein Bischof im Ornate. Dieses Siegel hat ein Gegensiegel, dessen Zeichnung irgend eine Blume vorstellt. Die Umschrift ist unlesbar. *d) e) f)* und *k)* Stehender segnender Bischof. *g)* Mehrere gothische Capellen, in deren unterster segnend einherschreitend ein Bischof. *h)* Ein segnender Bischof, zu dessen Rechten sich eine heraldische Lilie, zur Linken aber ein sechsstrahliger Stern zeigt. *i)* Mehrere gothische Capellen, in deren oberster Maria Hilf, in der untersten aber ein Bischof ist. Die Umschriften dieser zehn Siegel sind bis auf wenige Buchstaben verschwunden. Das inmitten der zehn an gelbvioleter Seide hängend gewesene Siegel des Bischofs Johann von Prag ging ganz verloren.

LV.

1302. 15. Juli. Saczka. — *König Wenzel III. verleiht dem Kloster zu Hohenfurt das Patronatsrecht an der Kirche in Wesely.*

Nos Wencezlaus dei gratia Boemie et Polonie rex notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos ex specialis deuocionis et dilectionis affectu, quem ad ordinem Cisterciensem gerimus, monasterium de Altovado eiusdem ordinis beneficis (sic) adaugere graciis cupientes, ius patronatus ecclesie in Wessel dicto monasterio damus et conferimus per idem monasterium et abbatem ac conuentum ibidem retinendum perpetuo et habendum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Saczka per manus venerabilis Petri Basiliensis episcopi Wissegradensis prepositi, regnique Boemie cancellarii principis nostri dilecti. Anno domini millesimo trecentesimo secundo Id. Julii, quinta decima indictione. Anno regnorum nostrorum Boemie sexto, Polonie uero secundo.

1. Gut erhaltenes grosses, an rothgrüner Seide hängendes Siegel in weissem Wachs. Vorderseite: Der König in vollem Schmucke auf einem Throne sitzend, rechts und links von diesem Schilde mit einem einfachen Adler. — † Wencezlavs. Secvndvs. Dei. Gracia. Boemie. Et. Polonie. Rex. Rückseite: Ein gewappneter Reiter; auf dem Lanzenfähnlein desselben der doppelt geschwänzte Löwe, auf dem

Digitized by Google

Schilde aber ein Adler; dieselben Zeichen auch auf den Schilden, welche an der sternenbesäeten Decke des Pferdes angebracht sind. — † Wenceslavs. Secvndvs. Dei. Gracia. Boemie. Et. Polonie. Rex.

2. Millauer in den Schriften der k. böhm. Akademie VI. B. 1819. — Trajer a. a. O. p. 138.

LVI.

1302. 25. Juli. O. AO. — *Smil von Gratzen verkauft dem Abte Otto von Hohenfurt und dessen Samnung seinen halben Antheil am Markte Strobnitz und das Dorf Gerleithen für 422 Pfund alter Wiener Pfenninge.*

Ich der gehaizzen pin Zmiel von dem Gretzen, tven allen den chvnt, di nv sint oder chvmftich sind, vnd disen brief lesent oder horent lesen, daz der erber apt Ot von Hohenfvort vnd sein samnunge dvrch mein pet vnd meines vetern hern Hainreiches von Rosenberch daz aigen den halben marchet mein tail datze Strobinitz vnd auch daz dorf Garleith (?) in der Strobinitz vnd swaz da zwischen ist oder da zve gehoret, mvl wazzer accher waid wis holtz oder swie iz gehaizzen mag, das han ich in reht vnd redleichen verchauffet vmme vierhvndert phvnt vnd zwai vnd zwaintzich phvnt alter Wienner phenninge ze rehtem aigen. Daz selb ir aigen durch ir beschaidenhait mir wellent wider geben, oder ob ich niht pin meinen chinden vmme die selben vierhvndert phvnt vnd zwai vnd zwainzich phvnt; ob ich oder ob ich niht pin, meinev chint in wider geben daz selbe gvet zwischen hinne vnd sand Mertleins tach der nv nahest chvmftich ist, vnd tvent mier oder meinen chinden daz ze liebe, ob wier Wienner phenninge niht haben, daz si von mier oder meinen chinden nement ein march grozzer Prager phennige vnd immer vier vnd sehzich an der zahl wor zwai phvnt Wienner, vntze daz si des gvetes, daz ich von in han enphangen, alles zwischen dem vor genanten tage gewert werden. Dennoch tvent si mier oder meinen chinden die genad, ob wier in ir gvet geben, daz si zins vnd zehent, swaz si nv vntz auf sand Merteins tach nement, mit samt dem aigen mier oder meinen chinden wellent wider geben. Gegen der beschaidenhait han ich oder ob ich niht pin meinev chint in gelobet, ob ich oder meinev chint daz vor genant gvet, daz von mier enphangen ist, dem vor genanten apt vnd seiner samnvnge zwischen nv vnd des oft gesprochen sand Merteins tach garleichen niht geben, so verzeich ich Zmiel mich vnd meinev chint des selben aigens vmme daz oft genant guet, daz ich von in han enphangen

Digitized by Google

also daz dehain vberschatzvnge da vber vuerbaz erge, nvr daz si iz an alle ansprache ze rehten aigen ledichleichen besitzen schvlen ebichleichen. Dar vber gib ich in diesen brief versigelten mit meines vetern insigel hern Hainreiches von Rosenberch vnd meinem insigel vnd meines brvoders hern Witigen von Landestain. Ditz ist geschehen, do ergangen waren von Christes gebverde tavsent jar vnd drev hvndert jar vnd da nach im anderen jar an sand Jacobs tage.

Zwei beschädigte, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Klein; ein Schild mit einer Rose, den ein Helm deckt, dessen Schmuck in zwei Rosen besteht. — . . Henrici. De . . . . . here. *b)* Das Siegel Smil's von Gratzen wie in LII. *c)* Das Siegel Witigo's von Landstein fehlt.

LVII.

1303. 6. Jänner. O. AO. — *Bischof Johann von Prag bestätigt die im Jahre 1300 von mehreren Erzbischöfen und Bischöfen der Rosenberger Pfarrkirche verliehenen Indulgenzen.*

Nos vero Johannes dei gratia Pragensis episcopus loci dyocesanus has indulgencias ratas et gratas habentes auctoritate, qua fungimur, confirmamus „l° dies auctoritatis nostre annectentes indulgenciis eisdem testimonio huius scripti. Sub anno domini millesimo CCC° iij° viij° Idus Januarii pontificatus nostri anno secundo.

Vergl. LIV.

LVIII.

1305. 13. Juni. Hohenfurt. — *Bischof Rudger von Botzen verleiht der Hohenfurter Stiftskirche einige Indulgenzen.*

Nos frater Rudgerus dei gratia ecclesie Boznsis (sic) episcopus ordinis Cysterciensis vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes peruenerint salutem in eo, qui est vera salus omnium beatorum. — Cupientes quoslibet fidei katholice prosecutores ad pietatis opera et deuotarum orationum studia indulgenciis ac peccatorum remissionibus sollercius inuitare, omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui ad monasterium beate et gloriose virginis Marie in Altovado ordinis Cysterciensis Pragensis dyocesis, in natiuitate domini in epyphania in pascha in ascensione domini in pentecoste et in omnibus festis sanctissime dei genitricis Marie et omnium apostolorum et in die sancti Johannis baptiste et omnium sanctorum et in dedicacionis anniuersario et in octauis omnium predictorum

Digitized by Google

festorum, gratia deuotarum precum humiliter confluxerint, seu ad edificacionem prefati monasterii manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi quadraginta dies criminalium et centum venialium de quolibet quatuor altarium, que manu propria domino adiuuante consecrauimus, de iniuncta sibi penitencia in Christo misericorditer relaxamus. — Datum in Altovado anno domini M° CCC° V°, in octaua pentecostes; presentibus in perpetuum infallibiliter valituris.

Kleines, gut erhaltenes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein Bischof stehend segnend. — † S. Rugerus. Dei. Grcia. Eps. Boznensis (?).

LIX.

1310. 0. T. und A0. — *Bischof Hermann, Stellvertreter des Bischofs Johann von Prag, verleiht gleichfalls derselben Kirche einige Indulgenzen.*

Frater Hermannus miseracione diuina episcopus Prisirinensis plenas vices gerens domini Jo. episcopi Pragensis per totam suam dyocesim, vniuersis in Christo fidelibus presentem litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. — Loca sanctorum et maxime religiosorum, ubi salus animarum viget et consolacio peccatorum, pia deuocione a Christi fidelibus sunt ueneranda, vt dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant et illorum nobis quodamodo uendicantes patrocinium, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur, vt monasterium beate virginis Marie in Altovado deuotorum in Christo religiosorum ordinis Cisterciensis congruis honoribus ac deuotis oracionibus frequentetur et ut premia celestis gratie populus fidelis et credulus obtineat, et ex hoc sibi prebeatur larga remissio peccatorum, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam siue monasterium beate virginis Marie in Altovado dominorum religiosorum ordinis Cisterciensis causa deuocionis accesserint, in omnibus festiuitatibus Christi et festiuitatibus beate virginis Marie necnon et in festiuitatibus omnium apostolorum et in die patroni et omnium patronorum eiusdem ecclesie et in dedicacione eius et per octavas eiusdem dedicacionis confisi, de misericordia dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate, domini Jo. episcopi Pragensis, cujus vices gerimus, et auctoritate nostra lxxx^{a} dies de iniuncta penitencia indulgencie in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus

Digitized by Google

roborari. — Datum anno domini M° CCC° X° Pontificatus nostri anno primo.

Gut erhaltenes, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein segnender Bischof. — † Fr. Hermanvs. Dei. Gr . . Prisirine sis Eps.

LX.

1311. 4. Mai. Wien. — *Herzog Friedrich von Österreich ertheilt dem Abte und Convente des Stiftes Hohenfurt die Erlaubniss, für 60 Mark Silber Wiener Gewichtes sich Weinberge in Österreich anzukaufen.*

santes eternam uitam quam presentem, vnam libram denariorum paruorum Patawiensium de camera nostra monasterio in Altouado magistro pitancie pro vno prandio ob salutem et remedium anime domine Offce diue recordacionis relicte domini Hinconis de Crumnow singulis annis sabbatho proximo post festum trinitatis duximus prouidendam per nos et heredes nostros, perpetuis temporibus inuiolabiliter duraturam. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro iussimus roborari. Datum Przibinicz anno domini millesimo trecentesimo xl° in crastino sancti Dominici.

Das an einem Pergamentstreifen befindliche Siegel ist oben bei LXXXII bereits beschrieben worden.

LXXXV.

1341. 24. Juni. Hohenfurt. — *Dominik von Passauerschlag gibt zu einem rechten Seelgeräthe der Samnung des Klosters zu Hohenfurt zwei Lehen in dem Dorfe Gollitsch.*

Ich Domyn von Passawerslag vergich vnd tven chunt offenbar an disem prief allen den, di in sehent oder lesent oder hoerent lesen, daz ich mit wol verdachtem mvet vnd mit meiner pesten vrevnt rat durch meiner sel willen vnd aller meiner voruodern sel ze einem rechten selgeraet gib vnd geben han der gemain der samnung dez chlosters dacz dem Hohenfuert ze einer pesservng irer pfrvent zway lehen, dacz Kalicz in dem dorf, daz mein vreis vnd mein rechts aygen ist gewesen, vnd daz niderhalb des weges zder tenken hant leit, da man von Passawerslag gen Chrumnaw reitt, da izunt auf gesessen sint Jacob vnd Haertel vnd Andre der richter, in allem dem recht vnd iehs in aygens recht mit allem nucz herpracht han, also gib iehs lediehleich der samnung dez vor geschriben chlosters ze Hohenfuert. Also beschaidenleich ob ich verschied an gerben, dez got nicht engeb, wem dann daz aygen angeviell, der schol der vorgenanten samnung ze Hohenfuert geben dreizziehk schok grosser phenning Prager mvense, so wirt daz aygen von in ledig. Di weil man in dez vorgenanten gvet nicht geit, so schullen si is inne haben in allem dem recht, vnd si ander ir aygen gvet inne habent. Vnd dar vmb pitt ich meinen genaedigen herren hern Petern von Rosenberch, daz er diser sach vnd diser red rechter zevg vnd schermer mit seinem insigel an disem prief sey. Vnd ich Domyn von Passawerslag gib

Digitized by Google

disen prief ze einem rechten vrchvend vnd zv einer bestaetigvng, daz disev red gancz vnd vnzebrochen beleib ewichleich, wol versigelt mit meinem insigel. Diser prief ist gegeben ze Hohenfurt in dem chloster, da von Christes geburt ergangen warn drevczehenhundert jar, dar nach in dem ain vnd viertzigisten jar an sand Johannes tag ze sunbenten.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Siegel Peter's von Rosenberg wie in LXXXII. *b)* Ein Schild, worauf eine Mannesgestalt (ein Mönch?), die den Zeigefinger der Rechten erhoben und in der Linken eine Rolle oder einen Stock hält. — † S. Dominic. [i. De.] (?) Passawerslag.

LXXXVI.

1343. 6. December. O. AO. — *Bruder Wernhart aus dem Prämonstratenserkloster Schlägel verkauft dem Abte Thomas von Hohenfurt und dem Convent daselbst sein Dorf Worsikschlag um 24 Pfund Passauer Pfenninge.*

Ich prueder Wernhart in vnser vrowen chloster weizzes ordens dacz dem Slegel vergich vnd tuen chvnt offenbar an disem prief allen den, di in sechent lesent oder horent lesen, di nu lebent oder hernach chvmftig werdent, daz ich mit guetem willem mit verdachtem muet vnd mit verayntem rat vnd gunst meines herren hern Nyclas probsts zv der selben zeit vnd dez gemaynem conuencz dez egenanten chlosters vnd auch meines prveders Vlreichs von Woytgendorf vnd aller meiner vreunt zv der zeit, do ich iz wol getuen mocht, recht vnd redleich verchauft han mein dorf ze Worsikslag, dez fumf lechen vnd ayn viertail ist, daz mein rechtes eribtail gewesen von meinem vater Vlreichen Pern von Woytgendorf, dem got genad, mit alle dem nucz vnd recht, als er iz inn gehabet hat, vmb vier vnd czwaintzik phunt Pazzawer phenning, der ich gar vnd genczleich verricht vnd gewert pin, dem erbern herren apt Thomann zden selben zeiten vnd dem erbern conuent ze Hohenfurt, also beschaydeuleichen wan daz ist, daz di erber vrow Offmei mein steuf mueter Symons dez Nimmervols mueter gestirbet, daz si iz dann aften des haben schullen ledichleich vnd vreileich ze wald vnd ze veld versucht vnd vnversucht mit alle dem, daz dar zve gehoert, ze verchauffen vnd versetzen vnd allen iren frume da mit ze schaffen, als iz in aler pest chom vnd vuge, an allen irsal vnd an allev ansprach elwichleich. Daz di redd all stet vnd gantz vnd vnczeprochen beleib

Digitized by Google

an allen chrieg ewichleich, darum gib ich in disen prief wol versigelten, mit meines herren hern Nyclas dez probsts insigel vnd auch mit dez conuencz insigel, vnd mit meines herren hern Peters von Rosenberch insigel, vnd mit meins prueder Vlreichs von Woytgendorf insigel. Vnd ich Peter von Rosenberch vergich bestetig mit meinem anhangunden insigel, daz der chauf mit meinem rat mit meiner hilf vnd mit meiner gunst geschechen ist. Diser prief ist gegeben do von Christez gepuerd ergangen warden trevczehenhundert jar darnach in dem drevntvierkistem jar an sand Nyclas tag.

Vier an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Nicht sehr gross. — Maria mit dem Jesukinde in einer gothischen Capelle, unter ihr ein Betender. — S. Prepositi. Plagensis. *b)* Beschädigt, ziemlich gross. — Maria mit dem Jesukinde auf einer Bank mit gitterartiger Lehne sitzend. — . S. . . vs . Domvs . Sancte . Ma . . . Plaga. *c)* Über das Siegel des Peter von Rosenberg vergl. LXXXII. *d)* Klein; ein Helm, dessen Zierde ein Paar Hörner. — † S. Vlrici . De . Woitendorf.

LXXXVII.

1346. 25. October. O. AO. — *Bischof Adam von Gabulla verleiht der Hohenfurter Stiftskirche einige Indulgenzen.*

Frater Adam miseracione diuina episcopus Gabullensis plenas vices gerens domini Ernesti archyepiscopi Pragensis per totam suam dyocesim vniuersis in Christo fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. — Loca sanctorum et maxime religiosorum, vbi salus animarum viget et consolacio peccatorum, pia deuocione a Christi fidelibus sunt veneranda, vt dum deum (sic) honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant, et illorum nobis quodammodo vendicantes patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes igitur vt monasterium beate virginis Marie in Altovado deuotorum in Christo religiosorum ordinis Cysterciensis congruis honoribus ac deuotis orationibus frequentetur, et vt premia celestis gratie populus fidelis et credulus obtineat et ex hoc sibi prebeatur larga remissio peccatorum, omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui ad ecclesiam siue monasterium beate virginis Marie in Altovado dominorum religiosorum ordinis Cysterciensis causa deuocionis accesserint, in omnibus Christi festiuitatibus et festiuitatibus beate virginis Marie nec non et in festiuitatibus omnium apostolorum et in die patroni et

Digitized by Google

omnium patronorum eiusdem ecclesie et in dedicacione eius et per octauas eiusdem dedicacionis confisi,de misericordia dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et auctoritate nostra xl^{a} dies de iniuncta penitencia indulgencie in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus roborari. — Datum anno domini M^{o} CCC^{o} xl^{o} vj^{o} viij^{o} Kla. Nouembris. Pontificatus nostri anno secundo.

An Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein in gothischer Capelle stehender Bischof Segen spendend. — S . F . Adam . [Ord . Pd [i] eator .] (?) Dei . Gra . Epi . Gabvlen.

LXXXVIII.

1347. 1. September. Krumau. — *Peter von Rosenberg gibt dem Stifte Hohenfurt das Dorf Nesselbach nebst Zubehör zu Eigen.*

Cum ad bene faciendum omnibus simus debitores, pocius tamen illis benefacere tenemur, qui nobis familiares existunt. Hinc est, quod nos Petrus de Rosenberch summus regni Bohemie camerarius et predecessores nostri monasterii monachorum ordinis Cistarsiensis sub regula sancti Benedicti nocte dieque deuote militancium in Altovado fundatores existentes notum facimus vniuersis presentes perpetue inspecturis, quod nos bona deliberacione maturo consilio consensu ac beneplacito omnium heredum nostrorum prehabito contulimus et exnunc assignamus et resignamus perpetue possidenda dicto monasterio in Altouado villam nostram Nesselbach cum aratura nostra atque pomerio nostro eidem ville adiacente, cum omnibus iuribus atque agris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus rubetis montibus planiciebus emolimentis (sic) censibus prouentibus aliisque cunctis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, que nunc ibi sunt aut fieri poterunt in futurum, quocunque nomine censeantur, ipsi monasterio et ad usus monachorum ibidem deo ac beate virgini incessanter deseruiencium et sex infirmorum perpetue in hospitali sepedicti claustri connutriendorum, tali condicione adiecta, quod dictis infirmis necessaria omnia tam victus quam amictus deuocius ac perhenniter porrigantur consuetudinem hospitalis nostri in Chrumpnaw in omnibus obseruando, excluso dumtaxat denario, qui pro speciali recreacione singulis diebus in Chrumpnaw infirmis porrigitur. Insuper volumus ac ordinamus et ratum perpetue habere volumus, vt anniuersarius noster in sepedicto claustro nostro singulis

Digitized by Google

annis post obitum nostrum sollempnius peragatur sic videlicet, vt vigilie maiores ad vesperam decantentur, et in crastino dominus abbas, nisi legittima causa propediente missam summam celebret, reliqui vero sacerdotes, quodquod (sic) fuerint, missas dicere eodem die non negligant pro anima nostra ac omnium predecessorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, vt tenentur; eodem quoque die prandium cum pitanciis in refectorio singulis laucius porrigatur, ducentis quoque pauperibus eodem die victus pro vna vice tribuatur, vnicuique vnum denarium Wyennensis vel Patauiensis monete erogantes, iniungendo eisdem pauperibus, vt anime nostre ac animorum predecessorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum in suis oracionibus memorentur. Ceterum hortamur et rogamus, vt omnes monachi tam clerici quam layci singulis diebus in suis specialibus deuocionibus ob respectum diuine remuaeracionis nostri dignentur perpetue memorari. Hoc autem faciendum perpetue sit conscienciis abbatis et prioris loci predicti committimus, quod si aliquid de prescriptis obmiserint, quatenus sciant, se penam qua nos ratificarunt incurrisse et racionem de hoc in die dei districti judicii reddituros. Et vt prescripta robur perpetue firmitatis sorciantur, ideo iussimus presentes conscribi et eas sigilli nostri munimine roborari. Insuper ego Petrus junior de Rosenberch Pragensis Olomucensis Patauiensis ecclesiarum canonicus hec appensione sigilli mei ratifico ac protestor. Acta sunt hec et data in Chrumpnaw. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, in die sancti Egidii confessoris.

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* Ziemlich gross und in weissem Wachs abgedruckt. Ein Ritter hoch zu Ross, das mit einer rosenbesäeten Schabracke bedeckt ist und am Halse und Hinterschenkeln Schilde mit fünfblättrigen Rosen trägt, schwingt in seiner Rechten ein Schwert und hält in der Linken einen Schild mit einer Rose zum Abzeichen; gleichfalls aus einer Rose besteht die Zierde des Helmes und die Kopfzierde des Pferdes. — Sigillvm . Petri . De . Rosenberch . Vergl . LXIV. Das Gegensiegel in rothem Wachs wie in LXXXII. *b)* Thalergrosses Siegel in weissem Wachs. — Eine in ein langes, wallendes Kleid gehüllte Gestalt mit einer Art Heiligenschein um das Haupt hält in ihrer Rechten vor sich einen Schild, worauf eine Rose; ein solcher Schild ist auch auf der rechten Seite des Siegels. — † S. Petri . D . Rosemberch . Canonici . Pragens.

Digitized by Google

LXXXIX.

1347. 11. November. O. AO. — *Paul von Harach gibt der Samnung zu Hohenfurt auf einen Jahrtag seiner Mutter Bertha ein Lehen zu Angern.*

Ich Paul von Harach vergich vnd tuen chunt offenbar an disem prief allen den, di in lesent sechent oder hoerent lesent, di nv lebent oder hernach chvmftig sint, daz ich mit gvetem willen mit verdachtem mvete vnd mit veraintem rat vnd mit meyner havsvrawen vron Stenken gveten willen vnd ander meyner vrevnd gvnst zv der zeit, do ich iz wol getven moecht, gegeben han den erbern herren der sampmvng gemain ze Hohenfvrt ain lehen, dacz den Angreren, da auf siczet Perichtolt vnd seyn sun Symon, do man von dient alle jar an acht drevczehen schilling phenning, also daz sev davon begen schvellen meyner mveter Perchten jartag der got genad mit ayner ewigen gedechtnvez nach ires ordens gewanhait vnd mit ainem mal in dacz refent sampnung gemain von ainem phunt, so man pest mag; von den andern schvellen sev haben ain ewiges liecht, daz daz alle nacht prinne liecht vnd chlar ob meines vater grab herrn Wohvnk, dem got genad. Also beschaydenleich, ob ich oder meyn gerben zv chvmftiger zeit daz egenant lechen wider haben wollen, so schvel wier den vorgenanten herren als vil vnd als gveten gelt geben azwo avf vnserm aigen als der ist. Daz di redd all staet gancz vnd vnczeprochen beleib, darvm gib ich in disen prief versigelten mit meynem vnd mit meins vetern herrn Jechscheks von Schekaw insigeln, der diser sach mit seynem jnsigel gezevg ist. Diser prief ist gegeben da von Christez gepuerd ergangen warden drevczehenhvndert jar dar nach in dem siben vnd vierczkistem jar an sant Merteins tag.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Beschädigt. Schild mit den drei Pfauenfedern. — † S . . . [Haraci (?)] Vergl. LXXXII. *b.* — *b)* Ein Schild mit demselben Zeichen. — S. Johannis. De . Chec . w.

XC.

1348. 27. März. Prag. — *König Karl IV. befreit den Abt und Convent des Stiftes Hohenfurt, so wie dessen Besitzungen und Unterthanen von allen Steuern und Abgaben.*

Karolus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex ad perpetuam rei [memoriam. Pi-] us pater altissimus dispensans,

Digitized by Google

prout wlt singulis munera gratiarum, ad hec nos constituit principaliter in supreme solio dignitatis binique regni contulit dyadema, vt si ad alia extrinseca [debita nos so-] llicitudo prouocat, ad ea tamen que statum pacificum honorem et comodum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, que in ara sancte religionis non cessant immolari, iugiter semetipsos tant- [o uberius et lib-] eralius intendamus, quanto deuocius ab ipso, cuius omne datum optimum et omne donum perfectum dependet, arbitrio regalis suscepisse gracie recognoscimus vnctionem. Eapropter per presens [priuilegium nou-] erit tam presens etas quam posteritas successiua, quod nos monasterium in Altouado Cisterciensis ordinis, in quo rex celorum et dominus deuotissime colitur assidue et laudatur, nec non abbatem [et conuentum ipsius m-] onasterii nobis quam plurimum deuotos modernos eorumque successores in perpetuum, vt in missis orationibus suffragiis ceterisque operibus caritatis, que in presenciarum dicto fiunt monasterio et fieri con- [tigerit (sic) temporibus p-] rofuturis, simus vnacum illustri Blanca consorte nostra carissima participes et consortes, eorumque homines possessiones et bona quecumque de vberiori dono nostre gratie et ex certa sciencia [a steure regalis so-] lucione, que wlgariter berna dicitur et colligitur de presenti, necnon ab omnibus et singulis bernis steuris collectis imposicionibus precariis angariis preangariis peticionib- [us vngeltis hospita-] litatibus subsidiis ac grauaminibus et oneribus quibuscumque in perpetuum absoluimus eximimus liberamus penitus et quittamus, nostraque auctoritate regia ipsum monasterium [ac abbatem et conuent-] um prefatos eorumque successores homines possessiones et bona ab omnibus et singulis prelibatis liberos exemptos quittos et absolutos simpliciter et ex toto perpetuo decerni- [mus volumus praecipim-] us et mandamus nostris indicantes successoribus regibus Bohemie ipsosque tenore presencium hortantes et rogantes attente per viscera misericordie dei nostri, quatenus nostram [praesentem gratiam de-] beant inviolabiliter obseruare et eciam confirmare. Mandamus insuper et precipimus vniuersis et singulis locumtenentibus capitaneis camerariis subcamerariis p- [urgrauiis popraptzconibus] scultetis ceterisque officialibus et subditis regni nostri Boemie, qui sunt pro presenti et erunt tempore profuturo, quatenus ipsum monasterium ac abbatem et conuentum [monasterii memorati] in predictis omnibus et singulis manuteneant foueant custodiant et conseruent nec permittant ipsos super

Digitized by Google

hec in aliquo molestari. Nulli ergo omnino liceat hanc [nostrae concessio-] nis absolucionis eximicionis liberacionis et quittacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hec attemptare presumpserit, indignacionem [nostrae celsitudin-] is se nouerit grauiter incursurum. In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorem presentes fieri iussimus et nostre maiestatis sigilli appensione muniri. Datum [Pragae an-] no domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo indiccione prima sexto Kalendas Aprilis regnorum nostrorum anno secundo.

[Per dominum regem ad vestram rel.
(Folgt ein nicht lesbarer Name).]

Nach einer vidimirten Abschrift vom December 1479, welche jedoch vielfach beschädigt ist. Die Lücken derselben sind aus neueren Abschriften ergänzt worden. Das Original dieser Urkunde ist zwar verloren gegangen, aber das Siegel ist, wiewohl beschädigt, erhalten. Es ist dasselbe sehr gross, hängt an rother Seide und ist von weissem Wachs. — Der König in seinem Schmucke auf einem Throne sitzend, zu seiner Rechten ein Schild mit einem Adler, zur Linken aber ein Schild mit einem doppeltgeschwänzten Löwen. — † Karolvs . Dei . Gracia . Romanorvm . Rex . Semp . . . . . vstvs . Et . Boemie . Rex.

XCI.

1348. 5. Juni. O. AO. — *Abt Thomas von Hohenfurt und der Convent daselbst verpflichten sich gegenüber den Herren Peter, Jodok, Vlrich und Johann von Rosenberg, von den Stiftsunterthanen nur im Nothfalle und auch dann nur mit Erlaubniss der vorgenannten Herren Steuern und Abgaben zu erheben.*

Ab humana memoria mundi negotia facilius elabuntur, que nec sigillis nec idoneo literarum testimonio perennantur. Nos igitur fr. Thomas dictus abbas totusque conventus monasterii in Altovado ordinis Cisterciensis notum facimus tenore praesentium universis, quod multimodas gratias, quibus nos nostrumque monasterium nec non homines haereditates possessiones ac bona nostra nobiles viri domini et fundatores nostri dilecti domini Petrus Jodocus Vlricus et Joannes fratres de Rosenberg gratiose et multum charitative ubilibet prosequuntur, et praecipue seu maxime gratiam, quam nobis nostroque monasterio universis et singulis hominibus seu subditis nostris super libertate et absolutione omnium bernarum et impositionum steirarum et collectarum praesentium et futurarum circa excellentissimum principem dominum dominum Carolum regem Romanorum et Boemiae regem perpetue obtinentes impetrarunt, nos praesentibus submitti-

Digitized by Google

mus bona et sincera fide nostra promittentes, quod nec nos nec successores nostri de universis et singulis bonis haereditatibus incolis praetacti nostri monasterii nullo unquam tempore et perpetue bernas steiras collectas ungeltum subsidia honores remunerationes et alias ¡mpositiones qualescunque aut quomodocunqne nuncupatos absque consensu et voluntate praedictorum dominorum et fundatorum nostrorum requirere exigere et exhortare debemus. Et si unquam necessitate non modica nos urgente contributionem seu steiram a predicti monasterii nostri pauperibus seu incolis aptare conaremur, hanc ex fauore et licentia praedictorum dominorum et fundatorum nostrorum obtinendo ipsam in usus nostros ac in meliorationem ac sublevamen praetacti nostri monasterii juxta ipsorum consilia disponere et convertere tenebimur et spondemus. In cuius rei testimonium et evidentiam clariorem praesentem eis literam tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno domini MCCCXLVIII. in octava ascensionis domini.

Nach Kühbeck Diplom. I, 190, der die Abschrift aus einem von ihm nicht näher bezeichneten hs. Codex der Stiftsbibliothek nahm.

XCII.

1348. 15. Juni. Krumau. — *Die Brüder Peter, Jodok, Ulrich und Johann von Rosenberg machen sich verbindlich, die dem Stifte zu Hohenfurt von König Karl IV. verliehene Steuerfreiheit stets zu achten und unverbrüchlich zu bewahren.*

Opera pietatis et misericordie sollercia peruigili per nonnullos Christi fideles non inmerito sine quouis more dispendio debentur imitari, docente beato Paulo apostolo bonum facientes non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Ob quod nos Petrus Jodocus Vlricus et Johannes fratres de Rosenberg ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod attendentes naufragium labentis mundi statum et temporum fluxum inconstantem et incertum culmen diuinum vbilibet, prout expedit augeri, cupientes de consensu et voluntate domine genitricis nostre domine Katherine de Rosenberg et de maturo fidelium nostrorum dilectorum conciliariorum, videlicet Buskonis de Bernharticz, Wernheri et Przibikonis fratrum de Porzessin, Nicolai de Podnawicz, Jesskonis de Czekow et Wlczkonis de Dobronicz concilio monaste-

Digitized by Google

rium in Altouado Cisterciensis ordinis, in quo rex celorum et dominus deuotissime colitur assidue et laudatur, quod nostre et nostrorum progenitorum fundacionis existit, necnon abbatem et conuentum ipsius monasterii quam plurimum nobis dilectos modernos eorumque successores circa omnes et singulas gratias, quibus excellentissimus dominus noster dominus Karolus serenissimus rex Romanorum et Boemie rex ipsum monasterium abbatem et conuentum eorumque homines possessiones et bona quecumque a steure regalis solucione, que vulgariter berna dicitur, et ab vniuersis et singulis bernis steuris collectis imposicionibus precariis angariis preangariis peticionibus vngeltis hospitalitatibus susbsidiis et grauaminibus et oneribus quibuscumque de liberalitate regia suis patentibus litteris pure propter deum intuitumque nostri obsequii ac in remedium anime domini genitoris nostri felicis memorie domini Petri de Rosenberg absoluit exemit quittauit ac perpetuo libertauit. Promittimus firmiter et sincere per nos heredes et successores nostros grauaminibus impedimentis et postergacionibus quibuslibet remotis virtute presentium perpetue et inuiolabiliter conseruare, nec quidpiam contra huiusmodi donacionis gratias vllo vmquam tempore venire facere jure siue facto. In cuius rei testimonium sigilla nostra et predictorum fidelium nostrorum Busskonis de Bernharticz, Wernhardi et Przibiconis de Porzessin, Nicolai de Podnawitz, Jeskonis de Czekow et Wlczkonis de Dobrouitz duximus appendenda. Datum in Crumbnau anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo die festi penthecostes.

Nach einer von dem Abte Stanislaus Preinfalk mit den Abkürzungen und den ähnlichen Lettern des Originals gemachten Abschrift.

XCIII.

1348. 30. November. O. AO. — *Wusk von Harach schafft unserer Frauen in dem Kloster zu Hohenfurt sein Gut zu Königschlag in der Schenkenfeldner Pfarre zur Abhaltung eines Jahrtages für sich und seine Vorfahren.*

Ich Wusk von Harach hern Dyetreichs svn vergich offenbar mit dem prief vnd tuenn auch chvnt allen den, dy den prief sehent oder lesen horent, dy nv lebent oder hernach chvmftig sint, daz ich mit wolbedachtem mvet zder zeyt, do ichs wol getun mocht, mit rat vnd gvnst meiner pesten vrevnt vnd auch mit guetem willen meiner hausfrown Agnesen vnd aller meiner erben recht vnd redleich gegeschafft hab vnser vrown zv dem chloster gen Hohenfurt mein gut

Digitized by Google

gelegen in dem Chvnigslag in Schenchenvelder pharr genant in dem Pavmbgarten, da Hainrich zden zeyten auf gesezzen ist, vnd daz mein vreys aygen gewesen ist, vnd daz mir gedient hat zehen schilling phenning gult, mit allen den rechten vnd nvczen, vnd ichs gehabt hab, vnd ich mit alle dev vnd dar zv gehort, besuecht vnd vnbesuecht, also mit beschaidenhait daz der conuent vnd dy sammvng des egenanten chlosters daz selb egenant gut in nvcz vnd in gewer schullen haben ze alle dem recht, vnd ichs gehabt hab. Vnd wenn daz ist, das got vber mich pevtt vnd daz ich nicht enpin, so schullen mir vnd allen mein vodern dy herren in dem egenanten chloster vnsern jartag alle jar jaerleich begen mit einer gewissen. Vnd darumb hab ich vorgenanter Wusk in daz vorgenant gut recht vnd redleichen aufgeben vnd richtig gemacht zder zeyt, do ichs do ichs (sic) wol getun mocht, also daz ich noch mein erben vns furbas dar nach nicht schullen stellen noch seczen noch chain chrieg dar nach nimmer mer gewinnen. Daz dem conuent vnd der sammvng dez egenannten chlosters daz geschaefft vnd dy red also staet vnd vnuerchert beleib, daruber so gib ich vorgenanter Wusk von Harach in dysen offen prief fur mich vnd fur all mein erben wolbesigelten vnd bestaett mit meinem anhungunden insigel, vnd zv einem zevg pezzer sicherhait mit meines lieben prueder insigel Dyetreich Penisch von Harach, vnd mit meines lieben ohem insigel Hainreichs von Lozperch fur allen chvmftigen chrieg. Der prief ist geben nach Christes geburd drevzehen hvndert jar dar nach in dem aecht vnd virczkysten jar dez svntags an sand Andres tag.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Ein Schild mit drei Pfauenfedern. — † S. Bvskonis . De . Harach. — *b)* Ein Schild mit demselben Zeichen. — † S . Dietrici . De . Harach . Vergleiche LXXII. *b.* — *c)* Ein Schild in zwei Felder getheilt; in dem untern derselben erhebt sich ein Kegel oder eine Pyramide. — † S . Hainrici . De . Loszperch.

XCIV.

1349. 4. Februar. Lucoula. — *Die Brüder Witko und Hoyer von Landstein bewilligen dem Kloster zu Hohenfurt Zollfreiheit in Gratzen.*

Nos Witko et Hoygerius fratres de Lanestein et domini in Nouo Castro et in Wistritz ad vniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam volumus deuenire, quod nos bona deliberatione maturoque consilio prehabito deligenti pure propter dominum et in

Digitized by Google

remedium praedecessorum nostrorum monasterium seu claustrum Altouadum, vulgariter nuncupatum Wisnowibrod, donum telonis (sic), quod in ciuitate nostra videlicet in Nouo Castro nos vel aliquem nomine nostro contingit recipere, quantum ipsum monasterium tangit, duntaxat facimus liberum penitus et solutum, promittentes pro nobis heredibus et successoribus nostris et pro illis, qui ipsum telonium nostro nomine habuerint vel tenuerint pro illo vel aliis, ab ipso monasterio telonium a data presentium nunquam exposcere seu repetere temporibus duraturis. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmamentum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum in Lucouia 4ta die mensis Februarii anno domini 1349.

Nach einer Abschrift im Liber ruber privilegiorum.

XCV.

1349. 21. Mai. Krumau. — *Nikolaus von Swietlik verkauft dem Abte Thomas von Hohenfurt und dem Convente daselbst das Dorf Oggold für 56 Schock Prager Groschen.*

Ego Nicolaus de Swietlik recognosco tenore presencium vniuersis, quod bona deliberacione et maturo amicorum meorum prehabito consilio et consensu villam meam dictam Okol quatuor laneos in se continentem, quam a fratribus meis Leonhardo videlicet et Jescone de Swietlik comparaueram pro septuaginta sexagenis, domino Thome reuerendo abbati et toto conuentui de Altovado rite et rationabiliter pro quinquaginta sex sexagenis grossorum Pragensium, quas ab eisdem plene et integre me percepisse fateor, duxi vendendam cum agris cultis et incultis pratis pascuis montibus planis siluis rubetis aquis aquarumve decursibus censibus dominio proprietate necnon aliis suis pertinenciis et fructibus vniuersis, que nunc ibi sunt vel fieri poterint in futurum, in quibuscumque rebus consistant, aut quocumque nomine censeantur. Valorem vero qui dictas quinquaginta sex sexagenas excrescit, in remedium anime mee et omnium meorum predecessorum dicto monasterio et fratribus pie largiendo promittens bona et sincera fide fraude et dolo remotis vna cum fideiussoribus meis Chwalone de Swietlik et Petro de Sestow prefatam villam cum pertinenciis suis vniuersis qualibet remota postergacione contra quamlibet personam, cuiuscumque status fuerit, iure terre iuxta regni Bohemie approbatam et hactenus obseruatam consuetudinem disbrigare; quod si quoquo modo facere neglexerimus, obstagium debitum

Digitized by Google

in ciuitate Chrumpnaw dominorum de Rosenberch ad hospitem per dominum abbatem vel conuentum predictos nobis deputatum tenebimur in personis propriis obseruare, quousque per nos antedicta villa ipsis sufficienter fuerit disbrigata. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo Leonhardi de Swietlik fratris mei presentibus duxi appendendum. Insuper ego Leonhardus predictus de Swietlik predicta protestor et recognosco et in euidens testimonium sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum Chrumpnaw die ascensionis domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Ein Helm, dessen Schmuck ein langgeschnabelter Vogel. — † S . Nicolai. D . Swietlik. *b)* Ein Helm, dessen Zierde ein Hahn. — † S . Leonhardi . D . Swietlik.

XCVI.

1349. 22. November. O. AO. — *Ulrich von Schauflern urkundet, dass sein Vater Johann den Herren zu Hohenfurt zu einem rechten Seelgeräthe für sich und seinen Oheim Peschek von Hatzles zehn Pfund Passauer Pfenninge geschafft habe.*

Ich Vlreich hern Johans sven von Schzawflern, dem got genadt, vergich vnd tven chvnt offenbar an dysem prief allen den, die yn sehent lesen oder hoerent lesen, dye nv lebent oder hernach chvemftig synt, daz meyn egenanter vater Johan von Schzawflern gelten scholt der erbern sammvng des clasters cze Hohenfurt fvemf phvnt Pazzawer phenning vmb eyn ebeges selgeraet seym oehem Pescheyn vom Hatslabs; dar czv hat er geschaft an seynem todpett fvemf phvnt Pazzawer phenning den vorgenanten hern cze Hohenfurt seyn selbes sel czv aynem rechten vnd ewygen selgeraet mit meym gveten wyllen mit gvnst vnd mit rat aller venser vrevnt. Vnd dye czehent phvnt hat er yn geschaft avf vensern czwayn mvelen, die da lygent da czem Saeherleyns; dye erst dyent ayn halbs schok groser phenning Prager mvencz, dye ander dreysich Pazzawer. Von dem phunt schzvellen die egenanten hern von Hohenfvrt alle jar begen ayn jartag mit ayner ewygen bedaechtnvezz meyns vaters sel vnd seynes oehems nach yrs ordens gewanheyt vnd mit aynem mal der gemayn in daz refent. Waer aver das, daz ich egenanter Vlreich den oftgenanten herren von Hohenfurt czehen phvnt phenning gaebwan daz geschae, so schzvellen dye vorgenanten mvel wyder an

Digitized by Google

mych gevallen als ee. Vnd schzvellen dye hern vmb dye czehen phvnt ayn phvnt gelczs chawfen, da meynes vater sel vnd seynes oehems bey gedacht werd ewygleych. Daz dye red all staet vnd vnczeprochen veurbaz beleyb an allen chryeg, dar vmb gib ich yn dysen prief versygelten mit meym ingsygel mit Vlreichs von Drochaw vnd mit Benyschzs von Rosenberch ingsygeln, dye dyrr sach mit andern pidern lewten geczevgen synt. Der prief ist gegeben da von Christes gepvrd ergangen warden drewczen hvndert jar dar nach yn dem nevn vnd vyerczygistem jar an sand Ceczilgen tag.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Ein Helm, dessen Zierde der Oberleib eines schwertschwingenden Mannes. — † S . Vlrici . D . Suher. *b)* Ein Helm, dessen Zierde ein Hütlein mit einem Paar Hörner. — † S . Vlrici . D' Kwietonio. *c)* Ein Schild mit dem Zeichen der Harach. — † S . Benichsi . De . Harach.

XCVII.

1350. 17. September. O. AO. — *Michl von Gutwasser bekennt, von dem Convent des Klosters zu Hohenfurt auf seinen halben Hof zu Gutwasser 83 Pfund Passauer Pfenning gelichen zu haben.*

Ich Mychlis Vlreichs sun vom Guetemwasser, dem got genad, vergich vnd tuen chvnt offenbar an dem prief allen den, di in sechent lesent oder horent lesen, daz der erber conuent des chlosters ze Hohenfuert mier gelichen hat auf meinen halben hof, den ich han datz dem Guetemwasser, achtzk vnd drev phunt Passawer phenning, also beschaidenleich daz si den eins, daz iar achtzk phenning dienst an sand Georgen tag viertzk vnd an sand Mychels tag viertzk, innemen schullen. Vnd wer daz, daz ich in di egenanten achtzk vnd drev phunt phenning vor sand Mychels tag viertzehen tag wider chert, so ist mein vorgenanter halber hof wider mein als ee. Tet ich des nicht, so schullen si in dann furbas inn haben in alle dem nustz vnd gewer, als ich in vnd mein vorvodern inn gehabt haben, an allen chrig an allev widerredd vnd an allev ansprach ewichleich. Daz di redd stet gantz vnd vnzeprochen weleib, darum gib ich in den prief versigelten mit hern Ludweiges purgrauens insigels ze Rosenberch, wand ich aygens insigels nicht het, der mit sant (sic) dem Qualn von Chirichslag vmb di sach mein purgel warden ist, vnd ein warr gezevg mit andern pidern levten. Der prief ist gegeben do von Christes gepuerd ergangen warden drevtzehenhun-

Digitized by Google

PARSONS LIBRARY University of Michigan

dert jar dar nach in dem fumftzkistem jar an des heiligen herren sand Lamprecht tag.

Kleines, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein Helm, dessen Zierde aus dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes besteht. — S . Lvdwici . D . Zwetliek.

XCVIII.

1351. 6. Februar. O. AO. — *Meinhart der Fleut von Weikersdorf macht seiner Hausfrau Ursula zu rechter Morgengabe einen Weingarten für 70 Pfund Wiener Pfenninge.*

Ich Meinhart der Fleut*) von Weichesdorff verjech vnd thuen kundt allen den, die disen brieff lesen oder horen lesen, die nun lebend vnd hernach kunfftig sindt, das ich meiner hausfrawen frawen Vrsulen gemacht hab zu rechter morgengab nach des lanndsrecht zu Osterreich den weingarten, der da haiset der „glob wier vns", vnd gelegen ist bei Amaistall, der vnnser rechts aigen ist, für sibentzig pfund pfenning Wienner munss vnd bin auch ich vorgenanter Meinhart der Fleut vnd ich Hainrich sein brueder recht scherm vnd gewer fur all ansprach, als aigens vnnd morgengab recht ist in dem landt zw Osterreich, vnd habn vnns auch baid angenommen für vnnsern brueder Otten, wan er bey landt nicht ist, vnd wen wir es mit vnnser muetter vnd mit vnnser geschwisteret wil gethan haben vnd nach vnnser pessten frewndt rat also mit ausgenommer red, wan ir mein erben geben die vorgenanten siebenczig pfundt pfennig, so sol der weingart ledig sein. Vnd daruber geb wir ir disen brieff versiglt mit vnnser peder aigen anhangunden insigln vnd ist auch der sach geczeug mein oheim Fridrich der Perawer mit seim innsigl vnd mein uetter Conrad der Pluemb mit seinem innsigl. Der prieff ist gebn nach Cristi geburd dreyczehenhundert jar darnach in dem ainundfunffczigisten jarn des sontags nach vnser frawen tag zw der liechtmessn.

Nach einer vom Herrn Jobst von Rosenberg vidimirten Abschrift ddo. Krumau am Montag nach Mariä Geburt 1535.

*) In „Floyt" durch eine zweite Hand verändert.

Digitized by Google

XCIX.

1353. 12. Februar. Auinione. — *Papst Innocenz VI. beauftragt den Erzbischof von Prag, dem Weltpriester Mauritz von Malenitz zu irgend einem Beneficium, dessen Präsentation dem Abte und Convente zu Hohenfurt zusteht, zu verhelfen.*

Innocencius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri archiepiscopo Pragensi salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus in presencia nostra dilectus filius Mauricius natus quondam Petri de Malenicz pauper presbyter tue dyocesis nobis humiliter supplicauit, ut cum ipse, sicut asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum non obtineat, prouideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Quia igitur illi sunt ad ecclesiastica beneficia promouendi, quibus mores et sciencia suffragantur; cum idem presbyter, quem per certos examinatores super hoc deputatos a nobis de litteratura examinari fecimus diligenter, inuentus sit in illa conuenienter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, nos de uita et conuersacione ipsius presbyteri noticiam non habentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de hiis solerter inquirens, si enim vite laudabilis et honeste conuersacionis esse reperies, et aliud ecclesiasticum beneficium non obtineat, aliudque canonicum non obsistat, et de aliquo ecclesiastico beneficio secundum sue probitatis merita competenti cum cura uel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari spectante communiter uel diuisim ad collacionem uel presentacionem dilectorum filiorum abbatis et conuentus monasterii in Altouado Cisterciensis ordinis dicte dyocesis, si quod in ciuitate uel dyocesi Pragensi uacat ad presens, uel quam primum ad id obtulerit se facultas, per te uel alium seu alios prouidere procures, inducens eum in corporalem possessionem eiusdem beneficii et defendens inductum ac faciens ipsum ad illud, si in ecclesia collegiata secundum disticcionem (sic) nostram inferius annotatam extiterit, postquam de ipso uacante sibi prouisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante si aliqui nostra uel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum auctoritate huiusmodi beneficia ad dictorum abbatis et conuentus collacionem uel presentacionem spectancia tam in huiusmodi pauperum quam alia quacumque forma prouisionis expectent, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra hûiusmodi beneficia expectantibus dictum presbyterum in assecucione

Digitized by Google

huiusmodi beneficii uolumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem aliorum beneficiorum preiudicium generari; aut si aliquibus de beneficiis ecclesiasticis ad dictos abbatem et conuentum spectantibus per nostras litteras sit prouisum, seu si eisdem abbati et conuentui uel personis ipsius ecclesie, in qua sibi prouideri contigerit, a sede apostolica sit indultum, quod ad recepcionem uel prouisionem alicuius minime teneantur, quodque ad id compelli aut quod interdici suspendi uel excommunicari non possint, uel quod de beneficiis ad eorum collacionem uel presentacionem spectantibus non possit aliquibus prouideri, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huismodi mencionem sine qualibet alia prefate sedis indulgencia, cuiuscumque tenoris existat, per quam effectus presencium impediri valeat uel differi, et de qua in nostris litteris mencionem fieri oporteat specialem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione posposita compescendo. Ita tamen quod idem presbyter, prout requiret onus beneficii, de quo ei prouisum fuerit, personaliter resideat in eodem, mandatum nostrum in hac parte impleturus, quod in eo impendisse lauderis misericordiam pauperi et obedienciam mandatori. Volumus autem, quod omnes alie littere a sede predicta uel eius legatis seu quibuslibet aliis obtente necnon promissiones et obligaciones a quibuscumque personis facte super ipsius presbyteri prouisione sint inualide omnique careat (sic) firmitate. Ceterum districcius inhibemus, ne prefato presbytero auctoritate presencium in cathedrali aliquatenus prouideatur ecclesia uel de cuiuslibet ecclesie collegiate prebenda uel alio ecclesiastico beneficio sine cura, cuius redditus et prouentus annui quindecim marcharum argenti summam siue de aliqua parrochiali ecclesia uel aliquo ecclesiastico beneficio curam animarum habente, cuius redditus et prouentus viginti marcharum argenti annuam quantitatem excedant, valorem autem annuum huiusmodi reddituum et prouentuum declaramus et haberi volumus extimatum (sic), prout de illis secundum taxacionem uel alias pro decima est amplius persolutum. Nostre tamen intencionis existit, quod de huiusmodi beneficio eciam, si minoris quam predicitur, valoris extiterit, possit eidem presbytero, si illud infra vnius mensis spacium, postquam sibi de ipsius beneficii uacacione constiterit, acceptare uoluerit, prouideri. Prefatis enim abbati et conuentui, ne post insinuacionem presencium et processuum per eas habitorum eis factam de ipso beneficio interim eciam ante accep-

Digitized by Google

tacionem huiusmodi disponere quoquo modo presumant, districcius inhibemus, decernentes irritum et inane, si secus super premissis a quoquam quauis auctoritate contigerit attemptari. Datum Auinione II. Idus Februarii pontificatus nostri anno primo.

Inserirt in die Urkunde N. C.

C.

1353. 14. Juni. Prag. — *Bartholomäus und Stephan, Domherren der Prager Kirche und vicarii in spiritualibus des Erzbischofes Arnest von Prag, beauftragen den Dechant von Teindles und die Pfarrer von Priethal und Rosenberg mit der Vollziehung vorstehender Bulle des Papstes Innocenz VI.*

Bartholomeus, decanus ecclesie sancti Egidii maioris ciuitatis Pragensis, et Stephanus canonici Pragensis ecclesie, reuerendissimi in Christo patris et domini domini Arnesti dei et epostolice sedis gratia sancte ecclesie Pragensis archiepiscopi executoris principalis ad infrascripta a sede apostolica deputati vicarii in spiritualibus generales, venerabilibus ac religiosis viris abbati et conuentui monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis Pragensis diocesis ac omnibus et singulis, ad quos presentes littere peruenerint et quos infrascripta contingunt seu contingere poterunt, quoquo modo quocumque nomine censeantur, salutem in domino et mandatis nostris ymo verius apostolicis humiliter obedire. Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii diuina prouidencia pape VI^{ti} eius vera bulla plumbea cum cordula canapis bullatas sanas et integras omnique suspicione carentes presentatas nobis per discretum virum, Mauricium de Malenicz presbiterum eiusdem dyocesis nos cum ea, qua decuit, reuerencia recepisse noueritis sub hac forma: [Folgt die Bulle des Papstes Innocens VI., ausgestellt zu Auinione 1353. 12. Februar. (N. XCIX.)]. Post quarum litterarum apostolicarum presentacionem et lecturam predictus Mauricius presbyter nobis humiliter supplicauit, ut dictum mandatum apostolicum predicto domino nostro archiepiscopo Pragensi in hac parte commissum vice et nomine ipsius executoris nobis in hac parte commissum exsecucioni debite mandaremus. Nos igitur vicarii prefati tamquam obediencie filii volentes mandatum apostolicum predictum exsequi reuerenter auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, de vita et conuersacione ipsius presbyteri et aliis circumstanciis in ipsis litteris apostolicis contentis iuxta traditam nobis formam in quisiuimus diligenter, et quia ipsum ex fide digno-

Digitized by Google

rum testimonio vite laudabilis et honeste conuersacionis esse reperimus nec inuenimus aliquod canonicum, quod obstet eidem, propter quod dicta prouisio retardari uel impediri deberet, ipsum pronunciamus abilem et idoneum ad ecclesiasticum beneficium obtinendum vsque ad ualorem et summam in eisdem litteris apostolicis comprehensam. Ideoque ecclesiasticum beneficium nulli alii de iure debitum cum cura uel sine cura eidem presbytero sibi tamen competens secundum sue probitatis merita spectans ad collacionem uel presentacionem vestram, si quod in ciuitate uel dyocesi Pragensi vacat, ad presens consuetum ab olim clericis secularibus assignari, cuius redditus annui summam viginti marcarum cum cura uel sine cura quindecim secundum taxacionem in prefatis litteris apostolicis contentam non excedant, quod idem presbyter per se uel procuratorem suum ad hoc legittime constitutum infra vnius mensis spacium a noticia vacacionis ipsius duxerit acceptandum, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctoritate apostolica conferimus et eidem de ipso prouidemus, ipsumpue per birretum nostrum inuestimus de eodem. Vosque abbatem et conuentum necnon omnes et singulos alios, quorum interest uel interesse poterit, primo secundo tercio et peremptorie requirimus et monemus communiter et diuisim vobis nichilominus in virtute sancte obediencie precipiendo mandantes, quatinus infra sex dies a presentacione seu notificacione presencium vobis facta, quorum duos pro primo pro secundo et reliquos duos vobis et aliis, quorum interest uel interesse poterit, pro tercio et peremptorie termino ac monicione canonica assignamus eundem presbyterum uel suum procuratorem eius nomine ad dictum beneficium, de quo sibi prouidimus, sine difficultate qualibet recipiatis et eciam admittatis, permittentes ipsum pacifica ipsius beneficii possessione gaudere, amouentes ab eo quemlibet illicitum et iniustum detentorem, quem et nos exnunc prout extunc amouemus, sibique uel eius procuratori pro eo de ipsius beneficii fructibus redditibus prouentibus e obuencionibus vniuersis, prout ad uos pertinet, faciatis integre responderi. Quod si dictum beneficium, de quo sibi prouidimus, in ecclesia collegiata existat, eundem presbyterum uel procuratorem suum eius nomine infra predictum terminum, prout ipsius beneficii qualitas exigit, in canonicum et in fratrem ipsius ecclesie recipiatis et recipi ab aliis faciatis, stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie, ut moris est, cum omni plenitudine iuris canonici sibi uel

Digitized by Google

procuratori suo pro eo assignando. Si uero tempore date (sic) presencium nullum beneficium tale cum cura uel sine cura ad vestram, domine abba et conuentus, collacionem seu prouisionem pertinens in ciuitate uel dyocesi predictis vacabat (sic), nos beneficium simile ac eciam beneficium minoris valoris, si dictus presbyter huiusmodi beneficium infra vnius mensis spacium, postquam sibi de ipsius beneficii vacacione constiterit, acceptare voluerit, in ciuitate uel dyocesi supradictis proxime uacaturum conferendum eidem presbytero cum omnibus iuribus et pertinenciis suis collacioni nostre et cuilibet subdelegatorum nostrorum infrascriptorum ymo pocius apostolice reseruamus, districcius inhibentes vobis abbati et conuentui predicto ac omnibus aliis, quorum interest uel intererit, ne huiusmodi beneficium per nos dicto presbytero collatum uel conferendum, ut premittitur, reseruatum alicui alii conferatis, seu ad ipsum quemquam alium presentetis, aut de illo uel aliquo iure ad ipsum beneficium quomodolibet pertinente in preiudicium dicti presbyteri quomodolibet disponatis, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari prefatas quoque litteras et hunc nostrum processum ac omnia et singula instrumenta et litteras dicti presbyteri negocium huiusmodi contingencia; si et quando ad uos peruenerint, retenta ipsorum copia, si eam habere volueritis, quam vobis fieri decernimus vestris tamen sumptibus et expensis, eidem presbytero uel procuratori suo pro eo, cum super hoc ab eis uel eorum altero requisiti fueritis, sine difficultate qualibet restituatis integra et illesa sub pena superius expressa ac aliis predictis et infrascriptis nostris monicionibus et mandatis plenarie obedire studeatis. Quod si forte, quod absit, premissa omnia et singula, prout ad uos et singulos vestrum pertinent, non adimpleueritis aut aliquid in contrarium feceritis uel monicionibus et mandatis nostris huiusmodi ymo verius apostolicis in hac parte non parueritis cum effectu, in vos dominum abbatem et conuentum predictum et contradictores quoslibet et rebelles ac dictum presbyterum quomodolibet impedientes super premissis aut in aliquo impedientibus ipsum dantes consilium auxilium uel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte, cuiuscumque status ordinis gradus preeminencie dignitatis auctoritatis seu condicionis existant, exnunc singulariter et in singulis predicta monicione canonica premissa excommunicacionis sententiam ferimus in hiis scriptis absolucione om-

Digitized by Google

nium et singulorum, qui predictas et infrascriptas nostras ymo pocius apostolicas sentencias uel earum aliquam iucurrerint, quoquomodo nobis uel superiori nostro preterquam in mortis articulo tantummodo reseruantes. Ceterum cum ad exsecucionem huiusmodi vlterius faciendum non possumus quo ad presens personaliter interesse, venerabilibus et discretis viris decano Dudlebensi plebano ecclesie in Rosenberch et plebano ecclesie in Pryedal, quibus et eorum cuilibet in solidum super exsecucione predicti mandati apostolici atque nostri tenore presencium committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quos et quemlibet ipsorum monemus primo secundo et tercio et peremptorie in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam predicta canonica monicione premissa in eos et eorum quemlibet ferimus in hiis scriptis, si ea que ipsis et eorum cuilibet in hac parte committimus, neglexerint seu contempserint contumaciter, adimplere districte precipiendo mandamus, quatenus ipsi et eorum quilibet vnus alium non expectans, qui predictum presbyterum uel eius procuratorem super hoc requisiti fuerint, infra sex dies a requisicione huiusmodi inmediate sequentes, quos eis pro omnibus dilacionibus ac monicione canonica assignamus ad vos dominum abbatem et conuentum predictum necnon ad omnes et singulos, quorum interest uel interesse poterit, quoquomodo personaliter accedant et predictas litteras apostolicas et hunc nostrum processum ac omnia et singula in eis contenta vobis et aliis, quorum interest uel intererit, in predicto monasterio et extra et alios, vbi quando et quociens expediens fuerit, denunccient legant et publicare procurent et prefatum presbyterum uel procuratorem suum eius nomine corporalem possessionem beneficii per nos, ut premittitur, sibi collati jurium et pertinenciarum eius. Si quod tempore collacionis huiusmodi per nos sibi facte vacabat, inducant et defendent inductum amoto abinde quolibet illicito detentore alioquin beneficium per nos, ut permittitur, reseruatum, cum illud vacare contigerit, eidem presbytero cum omnibus iuribus et pertinenciis suis conferant et assignent ipsumque faciant pacifica illorum possessione gaudere. Et si illud beneficium in ecclesia collegiata fuerit, eundem presbyterum uel procuratorem suum pro eo in eadem ecclesia recipi faciant in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, sibique uel dicto procuratori suo pro eo de ipsius beneficii fructibus redditibus prouen-

Digitized by Google

tibus iuribus et obuencionibus vniuersis integre responderi, ac alias in omnibus et singulis pertinentibus ad exsecucionem huismodi gracie procedant libere vice nostra. Ita tamen, quod in preiudicium dicti presbyteri nichil valeant attemptare nec in processibus nec in sentenciis per nos habitis atque latis absoluendo uel suspendendo aliquatinus immutare volumus; insuper vt, quod per aliquem dictorum subdelegatorum nostrorum ceptum fuerit, per alium seu alios possit terminari. Et si contingat, nos vlterius super premissis procedere non intendimus commissionem huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocacione ipsius plena et expressa in litteris reuocatoriis mencio habeatur. In quorum omnium testimonium et pleniorem roboris firmitatem presentes litteras siue hunc nostrum processum fieri et sigillo nostri vicariatus fecimus appensione muniri. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio die xiiii[a] mensis Junii.

In der linken Oberecke der Urkunde von anderer als des Urkundenschreibers Hand: O Jur. Beschädigtes, ziemlich grosses, an Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — St. Wenzel, zu dessen Rechten ein Schild mit einem Querbalken, zur Linken aber ein Schild mit dem Vordertheil eines Pferdes; zu den Füssen des Heiligen zwei auf den Knieen liegende Priester. — † S. Uicariatvs . . . . . iepiscopa . . s . Pragensis.

CI.

1353. 14. Juni. O. AO. — *Iwein von Klosterneuburg mit mehreren seiner Verwandten kauft von dem Abte Heinrich von Hohenfurt und dem dortigen Convente fünf Viertheile Weingärten, gelegen am Puchberg, um acht Pfund Wiener Pfenninge.*

Ich Ybein ze Neunburch chlosterhalb vnd ich Elzpet sein hausvraw vnd ich Jacob sein bruder vnd ich Elzpet sein hausvraw vnd ich Hainrich der vargenanten paiden brueder vnd ich Katrey sein hausvraw vnd ich Weygand zden czeiten Ybeins hofherre vnd ich Tristram vnd all vnser eriben vergehen vnd tun chunt mit disem brief offenleichen, daz wir all vnuerschaidenleichen gelten sullen dem erbirdigen gestleichem herren hern Hainreichen zden czeiten apt vnd dem conuent gemayn ze Hohenfuert acht phunt Wienner phenninge, do sy vns mit verayntem willen fumf virtayl weingarten ze chauffen vmb gegeben habent vnd liegent in dem Puchperige zenachst Lyenharten von Eybesprunne, do man von dient drey emmer

Digitized by Google

weins vnd drey stauff ze perchrecht vnd dritdhalb phenninge ze voitrecht vnd nicht mer. Wir sullen auch in von den egenanten acht phunten dienn alle iar ayn phunt an sand Merteins tage in irn hofe ge Nusdorf, wer do ir verweser ist, mit alle den nuczen vnd rechten alz man ander purchrecht dient in Osterrich. Tun wir des nicht, so sol sich der selb dienst ye vber virczehen tage dar nach zwispilden, alz ander versezzen dienst recht ist. Wir seczen in auch payde fur di acht phunt vnd dienst vnd zwispild ze phant di egenanten fumf virtayl weingarten mit vnser aller gutleichem willen vnd mit vnsers perigmaister hant hern Wysenten auf dem Anger zden ezeiten amptman hern Rudolfotten von Lychtenstayn vnd sein auch wir alle des selben phunt geltes auf den egenanten fumf virtayl weingarten recht gewern vnd scherm, alz landes recht ist vnd perchrechtes recht in Osterrich, vnd waz dem conuent gemayn dar an abget, daz sullen sy haben auf vns vargenanten allen vnuerschaidlichen ab aynem auf dem andern vnd auf alle dem, daz wir haben, wir sein lebentig oder tode. Wir haben auch recht vnd vreywal, swann wir mugen oder wellen im iar, swelher der ist vnder vns, der do geit sein tayl awz den acht phunten, waz in anpuert vnd den dienst darauf, so ist er ledich vnd vrey awz disem brief an all widerrede, vnd sullen im des di herren oder ir anwalt stat tun. Vnd geben darvber dem egenantem hern Hainreichen dem apt vnd dem conuent gemain ze Hohenfuert disen brief versigilten mit vnsers egenanten perigmaister insigil hern Wysenten auf dem Anger vnd mit des erbern mannes insigil hern Jacobs seines bruder czden czeiten statrichter, den wir zu diser sache ze geczeugen peten haben. Der brief ist geben nach Christ purd dreuczehen hundert iar vnd im dreu vnd fumfzgisten iar an sand Veytes abent.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs, beide beschädigt. *a)* Ein Schild mit zwei kreuzweis übereinander liegenden Fischen. — . . Wisentonis . Filii . Clavigi . . *b)* Ein Schild mit demselben Abzeichen. — † S . Jac . . . Filii . Cla . . .

Digitized by Google

CII.

1353. 15. August. O. AO. — *Abt Albert von Hohenfurt bestimmt zur Sicherstellung einer seinem Convente schuldigen Summe die Einkünfte von seinen Gütern in Luppetschnig.*

Ne gesta causarum ac rerum annositas annorum dierumve diuturnitas prolixa ab labili memoria hominum euanescant et pereant, prvdencia solet ea virorum discretorum per litteras eternare. Nos igitur frater Albertus dictus abbas in Altovado ad perpetue rei memoriam presentibus publicamus et declaramus, quod noster gratiosus olim fundator commemoracionis felicis dominus Petrus de Rosenberch inter cetera caritatis pietatisque opera multa et bona, que nobis atque monasterio nostro inpendit et ostendit, eciam nobis et conuentui nostro donauit ac dedit ob remedium anime dilecti amici sui Johannis de Dobruscha pie memorie centum sexagenas grossorum promptorum monete Pragensis specifice tamen et condicionaliter, vt videlicet de quinquaginta sexagenis denariorum perhenniter singulis annis agatur in nostro conuentu sui anniuersarius dies cum missis orationibus specialibus iuxta commendabilem nostri ordinis morem, et die eodem conuentui in refectorium etiam de predicta pecunia debet prandium dari ex prouidencia caritateque domini abbatis, qui est vel futurus est, de reliquis vero quinquaginta sexagenis a camerario nostre domus, qui est vel pro tempore fuerit, omnibus perpetue annis toti conuentui fratribus et monachis vniuersis noue tunice debent dari, vnicuique fratri tunicam vnam, melius prout vestiarius ex prouisone comparare poterit. Hanc autem summam pecunie supradictam recepit in sua, qui protunc abbatizauit, deuote recordacionis dominus Thomas abbas huius loci, et in necessarios vsus monasterii impendit et congregacioni pro eadem pecunia inpensa et consumpta, ne in posterum suo vestitu atque solacio per aliquem successorum suorum priuaretur, deputauit et obligauit paterna ex caritate vnam decimam in Pryedal, donec satisfaceret conuentui in prelocuta pecunia refundenda, videlicet in quinquaginta sexagenis denariorum grossorum Pragensium, de quibus quinquaginta sexagenis denariorum exsoluit et satisfecit, dum adhuc viueret, camere xx^{ti} libras denariorum Patauiensium. Pro ceteris vero denariis nos ad preces et instanciam consilium atque communem voluntatem tocius nostri conuentus pro supradicta decima damus ac perpetuamus imperpetuum domus nostre

Digitized by Google

camere certos annuos redditus in bonis nostris in Lvppulsching quinque talenta denariorum Wyennensis Patauiensisve monete et xx^{ti} denarios, quos vestiarius ipse domus nostre, qui est vel fuerit, colligere et recipere debet per singulos annos et conuentui prouidere de vestitu suo absque hominis cuiuslibet obstaculo contradiccione vel impedimento, sicuti est superius diffinitum. In cuius rei cautelam memoriamque perpetuam ac euidens testimonium sigillari iussimus paginas presentes nostri videlicet ac conuentus nostri sigillo necnon reuerendi domini ac patris abbatis atque visitatoris nostri sigillo de Hylaria et nostri eciam generosi ac gratiosi fvndatoris nostri sigillo domini Petri de Rosenberch. Datum actumque anno verbi incarnati millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio in die assumpcionis beate Marie virginis.

Drei an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* Beschädigt, nicht gar gross, in rothem Wachs. — Abt mit Krummstab und Buch . — . . Alberti . Abba . . . D . Altova . . *b)* Das Siegel des Hohenfurter Conventes in weissem Wachs, beschädigt, dessen nähere Beschreibung bei CXL. *c)* Ziemlich gross, in weissem Wachs. — Abt mit Krummstab und Buch. — † S . Wernhardi . Abbatis . In . Wilhering. Das Siegel Peters von Rosenberg ist nicht mehr vorhanden.

CIII.

1354. 4. Jänner. O. AO. — *Abt Albert von Hohenfurt bestimmt wiederholt zur Sicherstellung einer seinem Convente schuldigen Summe die Einkünfte von seinen Gütern in Luppetschnig.*

Ne pereant et euanescant ab labili hominum memoria gesta et cause rerum propter annorum dierumve prolixitatem, discretorum virorum ea solet sollercia per litteras eternare. Hinc est, quod nos frater Albertus dictus abbas in Altovado tam presentibus quam futuris per has paginas volumus esse notum, quod noster olim fundator graciosus dominus Petrus de Rosenberch memorie deuote inter cetera pietatis caritatisque opera multa atque multa bona, que nostro monasterio sueque et progenitorum suorum fundacioni impendit et ostendit, nostro conuentui et camere specialiter donauit ac dedit ob sui dilecti awnculi remedium Johannis de Dobruschka sexagenas grossorum centum promptorum monete Pragensis hac videlicet sub condicione, vt de quinquaginta sexagenis denariorum perhenniter annis singulis specialiter nostro in conuentu agatur suus anniuersarius dies cum missis et orationibus specialibus secundum nostri ordinis

Digitized by Google

conmendabilem consuetudinem, et ipso die ex prouidencia domini abbatis, qui pro tempore fuerit, in refectorio fratribus de prandio melius et humanius debet atque benignius prouideri. De reliquis quinquaginta sexagenis a nostre domus camerario quicunque fuerit toti conuentui omnibus et singulis annis eternaliter debent ministrari tunice noue vnicuique fratri tunicam nouam, prout melius vestiarius poterit comparare; nam prius nimiam ipsius monasterii ob penuriam et paupertatem fratribus vltra duos annos de camera tunice noue dabantur. Hanc autem supradicte summe pecuniam videlicet quinquaginta sexagenas noster bone recordacionis suscepit antecessor dominus Thomas huius loci abbas et in vsus necessarios monasterii nostri impendit et consumpsit atque conuentui pro pecunia eadem, ne conuentus aliquo modo temporibus futuris sui vestibus solacio per aliquem suorum successorum priuaretur, pro conuentu deputauit domo camere, quam diu predicta pecunia insoluta permaneret, certam atque decimam in Predall bonam omnibus annis a camerario tollendam atque recipiendam, donec ipsi conuentui de iam locuta pecunia videlicet quinquaginta sexagenis satisfieret. De quibus tamen denariis personaliter, dum adhuc viueret, in viginti libris denariorum satisfecit atque soluit. Nos vero per cetera summa non soluta ad instanciam multam ac magnam atque communem nostri conuentus voluntatem specialiter cum ex omnium seniorum nostrorum consensu damus et imperpetuum perpetuamus nostre domus camere certos annuos redditus in nostris bonis in Luppollsching quinque talenta denariorum Pataviensis Wyennensisve monete et quinquaginta denarios, quos ipse vestiarius, qui protunc fuerit, recipere et colligere debet per singulos annos in festo beati Georii medios et in festo sancti Mychahelis medios, et exinde toti conuentui prouidere de suo vestitu, sicuti est superius diffinitum. In cuius rei testimonium sigillari iussimus presentes paginas nostro et nostri conuentus sigillo necnon reuerendi domini domini Wernhardi patris abbatis ac visitatoris nostri de Hylaria et nostrorum gratiosorum et generosorum fundatorum sigillis domini Petri ac domini Judoci fratris sui de Rosenberch. Datum anno domini M°CCC° quinquagesimo quarto in octaua sanctorum innocentum.

Fünf an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* Nicht sehr gross u. s. w. Vergl. CII. *a.* — † S. Alberti Abbatis . D . Altovado. Dieses Siegel ist in grünes Wachs gedrückt. *b)* Das Hohenfurter Conventsiegel siehe bei CXL. *c)* Über

Digitized by Google

das Siegel des Abtes von Wilhering, hier in rothem Wachs, vergl. CII. *c. d)* Das kleine Siegel Peters von Rosenberg ist bei der folgenden Urkunde beschrieben. *e)* Ebenso das Siegel Jodok's von Rosenberg. Letztere drei Siegel in rothem Wachs, während das zweite in weisses Wachs gedruckt ist.

CIV.

1354. 5. October. Krumau. — *Peter, Jodok, Ulrich und Johann, Gebrüder von Rosenberg, und Tobias von Bechin bezeugen, dass ihnen die, in der von Katherina von Rosenberg, der Mutter vorgenannter Brüder, erworbenen Reliquientafel aufbewahrten Reliquien von Kaiser Karl IV., König Ludwig I. von Ungarn, von dem Patriarchen Nikolaus von Aquileja und dem Erzbischofe Arnest von Prag geschenkt worden sind.*

Nos Petrus Judocus Vlricus et Johannes fratres de Rosenberch vniuersis, ad quos presens scribtum deueniret, volumus fore notum, quod in tabula, que per dilectam genitricem nostram dominam Katherinam de Rosenberch ac nos in modum rose cristalline comparata est, certissime reliquie recondite sunt, que per illustres principes dominum Karolum Romanorum ac Bohemie regem ac per dominum Ludwicum regem Vngarie necnon per venerabiles dominos dominum Nycolaum patriarcham Aquilegiensem ac dominum Arnestum archiepiscopum Pragensem donate fuerunt; quarum quedam per supradictorum principum manus de sepulchris sanctorum sunt recepte, quedam vero sub bullis domini pape per eosdem principes inuente, quedam vero per abbatis videlicet monasterii sancte Braxedis et abbatem Albanensem ciuitatis Romane, relique vero per honorabiles dominos sacristanos ecclesiarum Pragensis ac Pabenbergensis tradite fuerunt, quarum nomina inferius recitabuntur. Et primo in cruce, quam angelus stans supra tabulam tenet, de sacrosancto mensali, de quo dominus in vltima cena cum discipulis suis manducauit. Item dens sancti Johannis baptiste, quem eiusdem sancti ymago stans supra dictam tabulam tenet. Item dens sancti Wenceslay, quem eciam ymago ipsius tenet in manu. Item lapis sepulchri domini. Item de palio beate Elizabeth, in quo filium suum sanctum Johannem baptistam inpregnata baiolauit ac matrem dei salutauit. Item reliquie sancti Petri apostoli. Item sancti Johannis baptiste. Item sancti Andree apostoli sancti Pauli apostoli sancti Jacobi maioris sancti Bartholomei sancti Mathie apostoli sancti Marci ewangeliste sancti Luce ewangeliste; de tunica sancti Petri. Item sancti Wenceslay sancti

Digitized by Google

Viti sancti Adalberti sanctorum quinque fratrum de Boleslauia sancte Ludmille martyris sancti Procopii confessoris sancti Stanislay. Item de tunica sancti Adalberti. Item sancti Georgii martyris, sancti Kalixti sancti Sebastiany sancti Sergi et Bachi sancti Clementis sancti Januarii sanctorum decem milium martyrum, sancti Colmanni sancti Geruasii sancti Erasmi sancti Clenpudii et Darie martyrum, sancti Albani martyris sancti Meginradi martyris sancti Blasii sancti Gereonis sancti Dyonisii sancti Wincencii sancti Pocentini sancti Cristofori. Item de cruce sancte Andree apostoli. Item sancti Martini sancti Nycolai de brachio sancti Thome de Aquino sancti Siluestri pape sancti Galli sancti Othmari sancti Anthonii fratrum minorum sancti Augustini sancti Onofrii sancti Stephani regis Vngarie sancti Henrici imperatoris sancti Nycasii sancti Viti in Senis. Item lapis sepulchri genitricis dei. Item sancte Anne matris eiusdem sancte Marie Magdalene sancte Helene sancte Agathe sancte Lucie sancte Dorothee sancte Elizabeth in Markpurg sancte Kunegundis sancte Affre sancte Hedwigis sancte Eulalie sancte Candide sancte Gene sancte Petronelle sancte Juliane sancte Tekle sancte Eufemie sanctarum vndecim milium virginum sancte Walpurgis virginis sancte Hermatoris confessoris. Vt autem deuocio fidelium ad supradictas sacras reliquias validius ac cercius augeatur, nos Petrus de Rosenberch canonicus sancte Pragensis ecclesie ac Judocus Vlricus et Johannes fratres de Rosenberch predicti necnon Thobias de Bechin dictus de Kempnycz sub puritate fidei nostre asserimus et testamur supradictis reliquias a supratactis dominis esse donatas. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum in Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo quarto in octaua sancti Wenceslay martyris gloriosi.

Fünf an Schnüren von grünrother Seide hängende Siegel. *a)* Siegel in rothem Wachs. Eine Mannesgestalt in langem wallendem Kleide mit einem Mäntelchen und Heiligenschein hält in ihrer Rechten ein Buch, in der Linken aber einen Schild, worauf eine Rose; ein gleicher Schild befindet sich auf der rechten Seite des Siegels. — † S . Petri . D . Rosemberch . Canonici . Pragens . Vergl. LXXXVIII. *b* Das kleine Gegensiegel in rothem Wachs zeigt eine fünfblätterige Rose und zwischen je zwei Blättern ein majuskles M. — † S . Petri . De . Rosenberk . M. *b)* Kleines Siegel in rothem Wachs. Einen Schild mit einer Rose deckt ein Helm gleichfalls mit einer Rose . — S. Jvdoci. De . Rosenberk . Das fast ebenso grosse Gegensiegel in rothem Wachs zeigt einen bärtigen Mannskopf mit einem antiken Helm. — S . Jvdoci . D . Rosen-

Digitized by Google

berch. *c)* Klein in weissem Wachs. Einen Schild, worauf eine Rose, deckt ein rosengeschmückter Helm. — † S . Vlrici . De. Rosenberch. *d)* Klein, in weissem Wachs. Ein Schild, worauf eine Rose, darüber ein Helm, dessen Schmuck wieder eine Rose. — † S . Johannis . De . Rosenberk. *e)* Klein in weissem Wachs. Ein Schild mit einem Hufeisen, aus dem eine Pfeilspitze entspringt; ober dem Schild ein Kreuz. — † S . Thobie . De . Bechin.

CV.

1356. 6. Jänner. O. AO. — *Meinhart der Fleut von Weikersdorf und seine Hausfrau Ursula verkaufen dem Abte Albrecht und der Gemeine des Klosters zu Hohenfurt einen Weingarten um 59 Pfund Wiener Pfenninge.*

Ich Meinhart der Fleut*) von Weichersdorff vnd ich Vrsula sein hausfraw vnd vnnser baider erben wir verjehen vnd thuen kundt allen den, die disen brieff lesen oder horen lesen die lebend vnnd hernach kunfftigclich sindt, das wir mit gemainem radt vnd bedachtem muet mit willen vnnd gonst aller vnnser frewndt zw der zeit, do wir es wol gethun mochten, vnuerschaidenleich verkauft haben vnnsern weingarten, der da ligt an dem perg, der da haiset „gelaub wir vnnsern" vnd haisset auch der weingartn allsam, des vier joch sindt, mit sambt dem ackher, der vor dem weingarten leit, als lang der weingart ist an der lenng, vnnd acht klaffter vnd zwo elln nach der brait, vnd ist alles freis aigen, also das man nichts daruon diennet noch dienen soll weder voithrecht noch perckrecht noch klains vnd gross, dan einen emer weins zw seelgret zw der pfarr zw Weicherstorff, dem man raichen sol den lewten, die zw ostern zw guts disch geen, vnd den sol in nemen, wer zechmaister daselb ist, in dem lesen vor dem weingarten oder in der press. Wir haben in auch geben ainen freien wege vnd ein freye strassen mittenn von dem weingarten vber ale äcker vnczt auf die lanndstrasse in vnd allen lewten, die da zw schaffen habend, also das ein wagen freilich da geen mag vnd ein knecht daneben vnd auch ein wagen dem anndern geweichen mag, ob sein not geschäch, sy sein geseet oder nicht. Den vorgenanten weingarten acker vnd weg haben wir recht vnnd redlich vnd vnuerschaidenlich verkaufft vnd gebn mit allem dem nucz vnd rechten, als sy vom altem ding herkommen sindt vnnd wir sy in aignes gewer hergebracht haben, vmb neunvndfunffczigkh pfundt Wienner pfenning, der wir gar vnd ganncz gewert sein, dem

*) In „Floyt" von einer zweiten Hand verändert

Digitized by Google

erbern herrn abt Albrechten vnd den herren gemain des closters zw Hohenfurt furbas ledigelich vnd freilich ze haben vnd allen iren fromben damit ze schaffen verkawffen verseczen vnd geben, wem sy wellen, an allen krieg vnd an allen irrsal. Daruber durch pesser sicherhait so seczen wir vns vorgenanten ich Meinhart der Fleut von Weichersdorff vnd ich Vrsula sein hausfraw vnd vnser paider erben vnuerschaidenlich vber den vorgeschriben weingarten acker vnd wege den erbern herrn abt Albrechten vnd der sambvng gemain des closters zw Hohenfurt ze rechtem gewern vnd scherm fur alle ansprach, als freis aigens recht ist vnd des lands recht zw Osterreich. Wer aber das sy mit recht an demselben weingarten acker vnd wege krieg oder ansprach gewunnen, was sy des schaden namen, des sollen wir in alles richten vnd wider keren an all ir muee vnd an allen iren schaden. Vnd sollen sy das haben auf vnnsern trewen vnd auf allem vnnserm guet, das wir haben in dem landt zw Osterreich oder wo wir es haben, wir sein lebendig oder tod. Vnd das diser kauff vnd die rede al fürbass also stät sein vnd vnzerprochen peleib, darumben geben wir in den brieff zw ainem waren vrkundt vnd zw ainer ewigen vestigung diser sach versigiten mit meinem insigl, vnd mit Fridrichs des Pluemen von Wisendorff, vnd mit Conrads des Pluemen von Starendwerd, vnd mit Dietmars de Pluemen von Weichersdorff anhangunden insigeln, die ich des vleissigelich gebeten hab, das sy der sach geczeug sein mit anndern erbern lewten. Der prieff ist geben nach Cristi geburd dreyczehenhundert jar darnach in dem sechsvndfunfczigisten jaren an dem Piehentag*).

Nach einer von Herrn Jobst von Rosenberg vidimirten Abschrift ddo. Krumau am Montag nach Maria Geburt 1535. Vergl. XCVIII.

CVI.

1356. 21. März. Krumau. — *Die Brüder Peter, Jodok, Ulrich und Johann von Rosenberg schenken der Kirche des heiligen Nikolaus in Rosenberg den ganzen Getreidezehent vom Mauthof.*

Nos Petrus Judocus Vlricus et Johannes fratres de Rosenberch recognoscimus et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod bona et libera voluntate ducti maturoque consilio desuper prehabito decimam plenam et integram de quadruplici grano, tantum scilicet

*) Soll heissen Prehentag.

Digitized by Google

siligneo triticeo ordeaceo et auenatico de omnibus, que in agris seu in ortis ad curiam nostram in Mutam pertinentibus proueniunt, ad ecclesiam in Rozenberch fundatam in honore sancti Nicolai confessoris, ad quam ipsa curia nostra predicta in iure spirituali et sacramentis pertinet ab antiquo, siue plebano eiusdem ecclesie disposuimus et statuimus dandam perpetue et soluendam per nos seu eciam alios nostros quoscumque successores, addicientes, quod si ipsa nostra sepedicta curia vna cum agris ad ipsam spectantibus per nos aut heredes nostros alio venderetur cuicumque, vel alio quocumque modo ipsam curiam locare contingat, semper plena decima de omnibus, ut supradictum est, ad sepedictam ecclesiam in Rozenberch siue plebano eiusdem ecclesie, quicumque fuerit, persolui debet atque dari integraliter et ex toto contradictione qualibet procul mota. Item eidem sepiusfate ecclesie in Rozenberch seu plebano eiusdem ecclesie, qui pro tempore fuerit, medium talentum denariorum Wiennensium damus et donamus expresse in judicialibus denariis de iudicio Rozenbergensi perpetuis temporibus percipiendum deputantes. Ipse quoque plebanus, qui pro tunc extiterit, ibidem in capella castri nostri Rozenberch in honore sancti Johannis apostoli et ewangeliste fundata diuinum officium cum vna missa singulis feriis sextis consideratis premissis beneficiis debebit et tenebitur procurare. In casu tamen, vbi feria sexta comode missa non possit inibi celebrari, tunc alio quocunque vno die omni septimana in prefata capella ex prouisione prefati plebani officium diuinum vnius misse in perpetuum teneantur. Ne autem tempore succedente hec nostra bona et iusta donationis constitucio et salubris ordinatio per maliciam seu violenciam aliquorum valeat aliquatenus violari in dispendium animarum ipsorum et in dampnacionem sempiternam, presentes litteras scribi et sigillorum nostrorum munimine duximus roborari in testimonium et robur perpetue valiturum. Datum in Chrumpnaw anno domini millesimo trecensimo (sic) quinquagesimo sexto proxima feria secunda post dominicam, qua cantatur „Reminiscere“.

Die bekannten kleinen Siegel der vier Rosenberg'schen Brüder, hier sämmtlich in rothem Wachs, sind schon bei CIV. beschrieben worden. Sie hängen hier an Pergamentstreifen.

Digitized by Google

CVII.

1357. 6. Jänner. O. AO. — *Bernhard, Sohn Bohunek's von Harach, verkauft dem Abte Albrecht und der Samnung des Klosters zu Hohenfurt anderthalb Lehen zu Reichenthal für zwanzig Pfund sechzig Pfenninge Passauer Münze.*

Ich Bernhart hern Wohvnken sven von Harach, dem got genad, vergich vnd tven chvnt offenbar an disem prief allen lewten, daz ich mit verdachtem mvet mit gvnst meiner hawsvrawen Elspeten vnd aller meiner erben mit rat meiner prveder vnd aller meiner vrewnt verchavft han meyn anderhalbs lehen ze Reychenthal, daz mein rechtes erb gewesen ist vnd vreyes aygen, da zv den zeiten auf dem ganczem gesessen ist Fridereich Pyernheypel, vnd dient allew jar ayn phunt phenning an zehen phenning Pazzawer mvencz, halbs zv sant Georgen tag vnd halbs zv sant Michels tag, vnd ganczen zehent, an andern chlainen dienst ayer hvener snytphenning vnd rowolt, von dem man geit veberall fver is alles ain vnd vierzig phenning; auf dem halben lehen zv den zeiten ist gesessen Nyclas der Wewer vnd dient allew jar drey schilling vnd vierzehen Pazzawer phenning zv den taegen, sam der vorgeschriben dient mit ganzem zehent, vnd schol fver allen chlaynen dienst geben zwen vnd zwaynzig Pazzawer phenning fver ayer hvener snytphenning vnd ander all vadervng: den erbern hern apt Albrechten vnd der sammvng gemain des chlosters ze Hohenfvert vmb zwaynzig phvnt phenning Pazzawer mvencz an sechzig phenning, der wir gancz vnd gar von yn gericht vnd gewert sein. Vnd ich vor genanter Bernhart verhays in mit samt meinen prvedern mit vensern trewen vnd mit dem prief, ab kayn (sic) krieg auf daz selb erb kem zv chvemftiger zeit an swelherlay sach daz wer, daz ich yn daz schol ausrichten vnd richtig machen an allew ir mveh vnd an allen iren schaden noch dez landes rechtes. Vnd waz sew schaden dar an nemen, den schvellen sew haben auff allem meinem erb vnd aygen, swo ichs han ynner landes oder auser landes. Daz di red gancz vnd gar stet vnd vnzvprochen bleib, darvmb geb ich yn disen prief versigelten mit meynem vnd meynes prveders Beneschs ingsigel, vnd mit meines hern hern Jostes von Rosenberch ingsigel. Diser prief ist gegeben da von Christes gepvert ergangen waren drewzehen hvndert jar dar nach in dem siben vnd fvemfzigstem jar am Prehemtag.

Digitized by Google

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, wovon die zwei ersteren in grünem Wachs. *a)* Ein Schild mit drei Pfauenfedern. — S . Pernharti . D . Haroch. *b)* Ein Schild mit demselben Zeichen. Vergl. XCVI. hier die Umschrift: † S . Benichs . De . Haraeh. *c)* Das Siegel Jodok's von Rosenberg in rothem Wachs. Vergl. CIV.

CVIII.

1358. 21. December. O. AO. — *Andreas, Pfarrer in Hoeritz, erhält vom Stifte Hohenfurt gewisse Wiesen und Äcker gegen einen jährlichen Zins von vier Solidi Passauer Pfenninge zur Nutzniessung.*

Acta et gesta que temporaliter ab mortalibus hominibus fuerint, ideo litteris autenticis ac patentibus fidelium roborantur, vt maliuolis et ignorantibus via et materia iniuriandi ac calumpniandi penitus auferatur. Quapropter Christi fidelibus vniuersis harum testimonio litterarum ego Andreas sacerdos verus et legittimus plebanus ecclesie parochialis in Hoerycz profiteor manifeste, quod reuerendi et religiosi domini abbatis et conuentus cenobii in Altovado ob specialem amiciciam et promocionem michi vsque ad dies meos concesserunt et tradiderunt possidere ac colere vsu fructuario pratum tantum et agros, qui ab antiquo spectauerunt pertinent et spectabunt ad domum, quam ipse conuentus habet in plena et pacifica potestate in Hoerycz iuxta curiam ac dotem plebani proximam et contiguam ad plagam occidentalem, quam pie memorie quondam pie dominus Petrus ibidem plebanus cum omnibus ad eam pertinentibus rite et rationabiliter emerat cum sua propria pecunia pro xvm talentis denariorum Pataviensium a supradicto conuentu tantummodo ad vitam suam, de qua domo omni anno fideliter ad officium custodie in Altovado porrexit pro censu IIII^{or} solidos denariorum Patauiensium in natiuitate Christi, quem censum et eodem termino de predicto tantum prato et agris, quam diu possideo, promitto et volo el debeo prefato monasterio singulis annis dare fideliter remota qualibet negligentia et occasione. Cuius rei testes sunt cum suorum sigillorum appensione: Dominus Petrus de Rosenberch, dominus Bohdancius*) decanus Dvdelwiensis, dominus**) plebanus de Chrvmpnawe, dominus Johannes plebanus in Rozenberch, dominus Hainricus plebanus in

*) Dieser Name wurde erst später eingeschrieben.

**) Folgt im Originale ein leerer Raum.

Digitized by Google

Merica. Datum anno domini millesimo CCC° lviii° in die beati Thome apostoli.

Sechs an Pergamentstreifen hängende, meist schlecht abgedruckte, sonst aber gut erhaltene Siegel in weissem Wachs. *a)* Nicht gar gross. — S . Katherina. — † S . Andre . . . De . Hoericz. *b)* Das kleine Siegel Peters von Rosenberg . Vergl . CIV. *c)* Klein. — St. Vincenz? — . . . dane . . . *d)* Ziemlich gross. — St. Veit . Die Umschrift ist nicht lesbar. *e)* Ziemlich gross. — St. Nikolaus. — S . Johan . . . . lebani . . . . . enberch. *f)* Klein. — Ein rebhuhnartiger Vogel, vor sich eine fünfblätterige Rose habend; der Grund ist mit Sternchen ausgefüllt. — † S . Herici . [Pull . no?]. † De . Rosenberch.

CIX.

1360. 31. December. Krumau. — *Peter von Rosenberg, Propst der Kirche aller Heiligen auf der Prager Burg, schlichtet den zwischen dem Abte Heinrich von Hohenfurt und dem dasigen Convente einerseits und dem Pfarrer Mauritz von Strobnitz andererseits wegen der Strobnitzer Pfarrzehnten ausgebrochenen Streit.*

In nomine domini amen. Cum jam dudum inter prouidos viros religiosos, videlicet fratres fratrem Henricum abbatem ac conuentum sui monasterii Altiuadensis ordinis Cisterciensis, ex parte vna et discretum virum dominum Mauricium plebanum et rectorem ligittimum ecclesie in Stropnycz ipsius ecclesie nomine parte ex altera grauis esset controuersia exorta super jure percipiendi decimas agrorum et prediorum omnium parochianorum ecclesie prefate in Stropnycz, prenominato domino abbate ac conuentu suprascripti monasterii ac ordinis priuilegia de percepcione omnium decimarum tocius parrochie antedicte producentibus et allegantibus, se fuisse esse et fuisse in pacifica quasi possessione iuris percipiendi easdem decimas a tempore, cuius contrarii memoria non existit; ipso autem domino Mauricio rectore predicte ecclesie jus pro se et ecclesie commune allegante et dicente, predictas decimas eidem deberi sue ecclesie nomine utpote sitas infra limites ecclesie prelibate. Tandem cum diu in iudicio et extra et coram conseruatoribus iurum et priuilegiorum a sede apostolica monasterio prenotato concessis litigassent, pro bona pacis et concordie ac amicabilis composicionis in nos Petrum de Rosenberch prepositum ecclesie omnium sanctorum in castro Pragensi et canonicum ecclesie Pragensis sponte et beniuole ex utraque parte laboribus et litis expensis parcere cupientes compro-

Digitized by Google

mittere curauerunt, se sub pena per nos in pronunciacione appendenda obligantes. Ac deinde termino pro pronunciacione ac amicabili composicione facienda aduenient prefixo nos dei nomine inuocato in parcium presencia personali ac earundem iuribus et allegacionibus intellectis talem inter suprascriptas partes laudacionem pronunciacionem ac amicabilem composicionem fecimus, vt scilicet prenominatus abbas et eius conuentus nomine monasterii prelibatarum decimarum possessores jure percipiendi prefatas decimas utantur libere et fruantur, quemadmodum eas sine cuiusquam inpedimento consueuerunt percipere a tempore, cuius contrarii memoria non existit. Ne tamen ecclesia sepefata in Stropnycz omnino decimis, que sunt tributa egencium animarum fraudaretur, necnon penitus orbaretur, laudamus ordinamus et amicabiliter componentes statuimus arbitrando, vt sepedictus abbas vniuersos arabiles laneos eiusdem parrochie in Stropniycz secundum mensuram et quantitatem Paczouiensium laneorum faciat mensurare, et quotquot de agris solummodo arabilibus cultibilibus seu seminabilibus tempore mensuracionis inventis laneos ibidem in tota parrochia Paczouiensis quantitatis reperiet, tot mensuras in opido ipso Stropnycz consuetas de grano siliginis vnam videlicet mensuram necnon et auene de quolibet laneo vnam mensuram prefato plebano nomine ecclesie sue tribuat singulis annis perpetuis temporibus persoluat. De curiis autem seu allodiis mobilium tunc temporis existentibus, de quibus eciam predictus abbas nomine sui monasterii decimas inconcusse consueuit per longissima retroacta tempora percipere, de curia videlicet domini Johannis, qui Sprinczel dicitur, item de curia domini Luduici de Czeuetlaren, item Stephani de Crophslog, item de curia in Piberslog Nycolaii Sagitarii, item Leulini in Gedlicz, item de curia Hogerii in Seyben, item Johannis in Gutenprun, infra limites ipsius ecclesie volumus et arbitratoria auctoritate mandamus decimas vniuersas, cum collecte fuerint, per medium diuidendas, medietatemque earundem decimarum dicti abbas et conuentus nomine monasterii percipiant, alteramque medietatem plebanus recolligat memoratus. Insuper pronunciamus statuentes, ut quecunque parcium ipsarum a prescripta nostra pronunciacione resiliret ac eidem parere contempneret, alteri parti composicionem obseruare volenti quindecim sexagenas grossorum denariorum Pragensium assignaret pro pena et alias quindecim sexagenas eiusdem monete ad fabricam Pragensis ecclesie dare deberet certis super pene solucione ab alterutra parte

Digitized by Google

fideiussoribus constitutis. Acta sunt autem hec in castro nostro in Crumnaw coram ydoneis testibus domino Bochdancio decano Dudlebensi, et Wenczeslao plebano de Blanycz, Dyrslao plebano de Cremsa, ad hoc specialiter invitatis in ipsarumque parcium presencia personali. In huiusque rei testimonium presentes litteras fieri iussimus nostro sigillo ac sigillis sepedicti Mauricii plebani de Stropnycz testiumque prescriptorum appensione munientes. Datum loco quo supra anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo vltimo die mensis Decembris.

Sechs an Pergamentstreifen hängende, ziemlich gut erhaltene, aber schlecht abgedruckte Siegel in weissem Wachs. *a)* Das kleine Siegel Peters v. R. bei CIV. *b)* Nicht gar gross. Maria mit dem Jesukinde. — † S . Mavricvm . . . D . Stropnycz. *c)* Klein. Ein Bischof (?) mit dem Stabe in der Rechten und einem Schwerte, woran ein Schild. — † S . Bodancii . Decani. Dvdleb. *d)* Klein; ein langschnabliger und kurzfüssiger Vogel, der in ein Körbchen Körner fallen lässt. — . . Wenczeslai . . . *e)* Nicht gar gross. Eine Heilige (St. Ursula?). — . . . cz. *f)* Das Siegel des Pfarrers von Krems zeigt einen Vogel mit langem Schnabel (ein Pelikan?); die Umschrift dieses Siegels ist nicht lesbar.

CX.

1360. 0. T. und AO. — *Katherina, Witwe nach Ulrich genannt Schauffler von Sacherles, schenkt zum Seelenheile ihres Mannes dem Abte Heinrich und dem Convente zu Hohenfurt die ihr gehörige Mühle im Dorfe Sacherles.*

Ego Katherina relicta olim Vlrici dicti Schauffler de Seherleins ad vniuersorum notitiam volo peruenire tenore presencium publice protestans, quod ego animo deliberato et sano meorum liberorum ex me per ipsum Vlricum procreatorum et amicorum ipsorum ad hoc accedente consensu pariter et assensu honorabilius et religiosis viris dominis Henrico abbati totique conuentui monasterii in Altovado ordinis Cysterciensis Pragensis diocesis ad officium pitancie dedi donaui resignaui libere et absolute rite et racionabiliter totaliter et omnino perpetue tenendum possidendum alienandum vendendum iure perhenni cum omnibus censibus iuribus consuetudinibus robotariis ipsum molendinum in predicta villa situm, in quo molendinator nomine proprio Leo longam et diutinam personalem fecit residenciam, in quo molendino ipse abbas et conuentus prefati cenobii singulis annis habuerunt et a nobis receperunt per meum antedictum maritum pie memorie Vlricum et per me et meos heredes censum firmum et cer-

Digitized by Google

tum ipsis porrectum triginta tantum denarios Patauienses, quem censum ipsi progenitores mariti mei suprascripti dederunt in remedium animarum suarum ipso dicto monasterio in Altovado; quod molendinum totum cum fundo per omnia, ut supra dictum est, ego Katherina prescripta cum vniuersis meis heredibus plenarie contradidi sepefato cenobio ob remedium et salutem iamdicti et prescripti mariti et omnium suorum ac meorum predecessorum, totum ius, quod michi et dictis meis liberis in dicto molendino competebat sev competere posset quouis modo in futuro, in supradictos dominos abbatem et conuentum transfero et transfundo hereditarie pacifice et quiete. In cuius rei euidens testimonium presens scriptum et priuilegium prenominato monasterio et conuentui in Altovado presentaui et conscribi feci cum appensione sigillorum domini Marchardi militis strennui de Parisching protunc castellani castri in Rosenberch, et honorabilis viri Zmilonis de Ruben, qui ambo de certa ipsoram sciencia ob multarum mearum precum deuotam et incessabilem instanciam sua sigilla presentibus appenderunt in testimonium et robur omnium suprascriptorum, ipsis tamen iam dictis viris sine omni dampno et preiudicio semper et vbique quolibet postposito et semoto. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in grünem Wachs.— *a)* Ein Helm mit einem Paar Ochsenhörner. — † S . Zmiel . Von . Rvben. *b)* Sechseckig. Ein Schild, worauf ein Pfeil. — S . Marqwardi . De . Boraschin (oder Z. Marqwardi . De . Borazchin).

CXI.

1361. 7. März. O. AO. — *Nikolaus, Heinrich's des Pogner's von Piberschlag Sohn, verkauft dem Abte und der Samnung des Klosters zu Hohenfurt zwei Schock Zins im Dorfe Sacherles um 24 Schock grosser Pfenninge Prager Münze.*

Ich Nyclo Hainreichs svn dez Pogners von Piberslag, dem got genad, veriech offenbar vnd tvn chvnt mit disem prief allen levten, di in sehent oder hoerent lesen, di nv lebent oder hernach chvemftig sint, daz ich mit verdachtem mvet mit gvetem willen meyner hausvrawen, Margreten vnd mit gvnst vnd mit veraintem rat aller meyner vrewnt zv den zeyten, do ich iz wol tven mocht, vntwungenleychen verchavft hab recht vnd redleychen gancz vnd gar ewigleychen an allew ansprach den erbern hern dem apt vnd der sammvng gemain

Digitized by Google

dez chlosters ze Hohenfvert zway schok zyns vnd geltes, die ich hab do zvm Seherleyns auf vier holden vnd lehen vnd ie daz lehen dient eyn halbes schok grosser Prager phenning zv dien zwier im iar, halbes zv sant Georgen tag vnd halbes zv sant Michels tag, vmb vier vnd zwayntzig schok grosser phenning Prager mvencz, der ich gericht vnd gewert pin gancz vnd gar. Also bescheidenleynchen mit auzgenomem red, daz mir di egenanten erbern hern dvrch besonder lieb genad vnd trewen mit irem gvtem willen gvennen vnd erlavbt haben mir zv vuedrvnng (?), ab ich den vorgeschriben zyns vnd dyenst zway schok mveg ab geloesen, mit meynem aigenhaftigen gvet vnd phenning, mit vier vnd zwayntzig schok grosser phennig zv den weynachten di schirst chvemen, so schol an dem vorgenanten kavf nichtes stet noch gancz seyn. Wer aber daz tan, daz ich den selben zyns vnd dienst zway schok phenning grosser Prager mvencz zv dem egenanten tag nicht loesacht mit meim aigen gvet, so schvellen sich di obgenanten hern der apt vnd di sammvng zv Hohenfvert dez oft genanten zyns vnd gvtez venterwinten vnd ir seyn ewigleychen vrey vnd aigen vnd ledigleychen an allew ansprach, wan iz mey vreyes erb vnd aigen ist vnd meyn rechtes erbtail von meynem egenanten vater. Vnd daz daz egenante gvet zway schok zins vnd dienst zv rechten tegen vnd zv rechter zeit werd richtig vnd auzgericht an aller stat mit allen sachen, sam landez recht ist ze Pehem, an allen krieg an alle ansprach, dar vmb verhais ich egenanter Nyclo vnd der erber man her Marchart von Ostrobsdorf mit gesamter hant vnd mit vensern trewen vnd mit vensern paiden anhangvnden insigeln. Vnd zu eyner ewigen offen zevgnvess vnd vrchvend geb wir disen prief versigelten mit dez erbern ritter ingsigel hern Lvdweygs von Zwetlarn, den wir besunder dar vmb peten haben, daz er seyn ingsigel gelegt hat an disen prief zv eyner gezevgnvezz im an schaden. Diser prief ist gegeben do noch Christes gepverd ergangen waren drevzehen hvndert jar dar nach in dem ayns vnd sechzigstem iar an dem svntag zv mitter vasten.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Ein Helm, dessen Zierde in einer einen Pfeil haltenden Hand besteht. — † S . Nicoli . D e . Pywerslag. *b)* Ein Helm mit einem Paar Hörner, beiderseits ein Stern. — † S . Marqvardy . De . Lhota. *c)* Ein Helm mit dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes. Schlecht abgedruckt. — † S . Lvdwici . . . Vergl. C.

Digitized by Google

CXII.

1361. 0. T. und AO. — *Ulrich genannt von Drochaw gibt der Pfarrkirche des heiligen Nikolaus in Rosenberg und dem jeweiligen Pfarrer an derselben eine an der Moldau unterhalb des Dorfes Nirschlern liegende Wiese zu Eigen.*

In nomine domini amen. Quia omnes morimur et quasi aque, que non reuertuntur, dilabuntur, et qui semel exit, non reuertitur ad penitenciam peragendam, eapropter decet quemlibet Christianum considerare nouissima sua, ut ueniente sponso cum prudentibus mereatur ingredi uirginibus ad nupcias leticie sempiterne. Ego igitur Vlricus dictus de Drochaw sano consilio consensu et vnanimi uoluntate heredum meorum, quippe cum bona nostra mobilia et inmobilia cum dictis heredibus meis adhuc habeantur communiter indiuisa, assistente eciam ad hoc deliberacione ac uoluntate nobilium uirorum et dominorum meorum videlicet domini Petri domini Jodoci domini Vlrici domini Johannis dictorum de Rosenberch nec non omnium amicorum meorum, qui huiusmodi libenter et fauorabiliter admiserunt, ut deus uenie largitor et humane salutis auctor michi det in hoc mundo sic uiuere, ut transcursus huius mundi tenebris, ubi nichil certum habemus, dignetur perducere ad futuram, quam inquirimus ciuitatem. Do presentibus lego statuo testor et assigno ecclesie parochiali sancti Nycolay in Rosenberch et plebano pro tempore existenti perpetuis temporibus duraturum (sic) pratum adiacens Multauie sub uilla dicta Korith pro animabus videlicet Hermanni bone memorie quondam nati Przybysslay pie recordacionis, qui quondam tenuerunt residenciam corporalem in castro Rosenberch, mea omnium predecessorum suocessorumque meorum sic, quod exnunc me uiuente et post mortem meam perpetuis temporibus percipiat omni anno dictus plebanus prouentus dicti prati et ecclesia supradicta. Et quia nobilis animus nouit refundere beneficium, quod accepit, ipse plebanus ecclesie prius dicte videlicet in Rosenberch se michi firmius astrinxit promittens nomine suo et suorum omnium suoccessorum plebanorum seu legittimorum rectorum superius dicte ecclesie, quod singulis annis in die sancti Galli ipse plebanus cantabit et omnes successores sui uigilias defunctorum cum nouem lectionibus, datis etiam quatuor candelis ad dictas vigilias ardentibus, et in crastino sex missas defunctorum tenebit, uocatis sacerdotibus et rogatis, qui dictas missas fuerint celebraturi, qui quidem sacerdotes dictas missas officiantes

Digitized by Google

Hermanni mee progenitorum successorum meorum et omnium fidelium defunctorum habentes memoriam animarum deo patri hostiam offerant salutarem. Quos quidem etiam sacerdotes iam numeratos uocatis etiam decem pauperibus promittit pascere supradictus plebanus ac reficere in prandio laute et honeste. Verum si iam dictus plebanus predicti promissi aliquid infringeret ita, quod die prefixa dictum seruicium uel sequenti tercia quarta quinta sexta septima et maxime octaua die cum refectione prius dictorum sacerdotum et pauperum facere negligenter obmitteret, extunc evolso vno mense amota omni crastinacione obligauit se et successores suos plebanos ad penam sexaginta denariorum Wyennensium pro dicta ecclesia daturum. Sin autem hoc idem pluribus mensibus facere neglexerit, prius dicte pene promittit se et succe ssores suos subiacere tam diu, quousque singula predicta ipse et sequaces sui cum effectu fuerint exsecuti. Vitricus autem ecclesie eiusdem in Rosenberch plenum posse monendi cum ceteris ciuibus de pena obligata habebit. Et ut testamento ordinationi legacioni et statuto predictis nullus aliquando ualeat contraire sigillum meum vna cum sigillis dominorum videlicet nobilis viri domini Petri de Rosenberch domini Marquardy de Poressyn Marquardi de Metlyn et Vlrici filii mei presentibus est appensum. Datum et actum anno domini M°CCC°lxj°.

Fünf an Pergamentstreifen hängende, schlecht abgedruckte Siegel in weissem Wachs, Nr. 2 aber in rothem Wachs. *a)* Das Siegel des Ulrich von Drochaw bei XCVI unter *b* beschrieben. *b)* Das kleine Siegel Peter's von Rosenberg. Vergl. CIV. *a*. *c)* Das Siegel Marquard's von Poreschin bei CX unter *b* beschrieben. *d)* Ein Helm, dessen Schmuck das Brustbild eines Mannes, der in seiner Rechten eine geschlossene Kette (Rosenkranz?) hält. — † S . Marqvardi . De . Metlin. *e)* Wie *a*. — S . Vlrici . De . Drachow. Dieses und *a* haben ein kleines Gegensiegel, das in zwei Kreisen mit einer Vertiefung im Centrum besteht.

CXIII.

1362. 29. September. O. AO. — *Katherina, Witwe nach Ulrich genannt Schauffler von Sacherles, verkauft dem Abte Heinrich und dem Convente des Klosters in Hohenfurt fünf Schock weniger acht Groschen Zinse und einen Hof im Dorfe Sacherles um 108 Schock Prager Groschen.*

Ego Katherina relicta olym Vlrici dicti Schauffler de Sacherleins ad vniuersorum noticiam volo peruenire tenore presencium publice protestans, quod ego animo deliberato et sano meorum libe-

Digitized by Google

di diser sach vnd chauff vnd prieff auzrichter sein mit sampt mir, disen prieff dem oft genantenten (sic) chloster vnd sammvng ze Hohenfurt zu einem ewigen offen sichtigen verchvend versigelten mit meinem aigen anhangunden insigel. Diser prieff ist gegeben do noch Christes gepuert ergangen waren drewczehen hvndert jar, do noch in dem newn vnd sechszigstem jar an vensirr vrawen tag zu der lyechtmess.

Es ist nur mehr das an einem Pergamentstreifen hängende, und in weissem Wachs abgedruckte Siegel des Urkundenausstellers vorhanden. Vergl. CXII. *d.*

CXXX.

1369. 18. März. Krumau. — *Jodok und Johann Gebrüder von Rosenberg als Vormünder der Waisen nach Ludwig von Zwidlern schlichten den zwischen diesem einerseits und dem Abte Heinrich und dem Convente zu Hohenfurt andererseits wegen des Zehnten vom Hofe im Dorfe Michnitz obschwebenden Streit.*

Cunctos humanitatis actus, ne in obliuionis materiam delabantur, sapientum consueuit discrecio litterarum testimonio roborare. Sed quia inter honorabiles el religiosos viros dominum Henricum abbatem totumque conuentum monasterii in Altouado ab vna et . . orphanos quondam domini Ludwici de Czwetlaren super decimis de curia arature in Michnicz villa per ipsos orphanos dicto abbati suoque conuentui assignandis lis et contencio parte ab altera vertebatur, nos vero Jodocus et Johannes de Rosenberg fratres tutores et fidei commissarii orphanorum predictorum nomine tutorio arbitrando pronuntiantes mandamus, quatenus memorati orphani aut legittimus prefate curie in Michnicz possessor, dum et quando annonas ab antiquo dare consuetas cuiuslibet generis preter aut omnes insimul messuerint effectualiter in ipsa curia per vnum discretum nuntium cum sufficient testimonio domestico, aut magistro curie in Hodonicz huiusmodi messem sic iam ad plenum factam sub ypoteca et ammissione duorum talentorum denariorum Wyennensium debeant declarare; quod si non fecerint, tunc ipsos mox preallegato monasterio in duobus talentis denariorum memoratorum nomine vadii fore arbitramur debitorie obligatos, vt veniente magistro curie in Hodonicz prius dicte et sic presente in sepefata curia Michnicz annonarum decime debito et consueto intersigno consignentur et sic consignate per ipsum curie Michnicz prouisorem ad ipsam conducte in vno singulari et specia-

Digitized by Google

liter loco deputato vsque ad extriturationem debent irrefragabiliter reseruare, etrituratas vero annonas prenarratus abbas aut suus conuentus propriis suis sumptibus in prelibata curia Michniez ipsas decimas recipere debet totaliter et in toto solum ibidem stramina immota dimittendo. Sin autem . . magister curie Hodonicz prius fate ad consignandum decimas per intimationem nuncii, ut prefertur, non veniret, extunc ipsi orphani aut ipsius curie Michniez possessor easdem decimas deducere poterit cum ceteris suis annonis, prout ipsius discrecionis consciencia eum edocebit, difficultate qualibet non obstante. Vt autem omnia premissa in singulis suis clausulis rata grata permaneant atque firma presentes litteras scribi ipsasque sigillorum nostrorum appensione iussimus in fidem validiorem communiri. Datum in Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono dominica, qua „Judica" decantatur.

Die an Pergamentstreifen hängenden Siegel in rothem Wachs bei CXIV. beschrieben.

CXXXI.

1369. 13. Juli. O. AO. — *Ritter Benesch von Komaritz und sein Eidam Odalen urkunden über, dem Abte und der Samnung des Klosters in Hohenfurt zu geltende fünf Schock grosser Pfenninge Prager Münze.*

Ich Benesch von Gomarsicz ritter vnd ich Odalen sein aidem veriehen vnd tun chunt offenbar mit dem gegenwortigem prief allen lewten, daz wir paid vnverschaidenleich mit vensern trewen mit gesampter hant an allez gewer verhaizzen haben vnd gelten schvellen den geistleichen hern dem abpt vnd der sammvng gemain dez chlosters ze Hohenfurt in ir pitanczampt fvemf schok grozzer phenning Prager mvencz von sand Margreten tag, der nv ze stund hin ist veber czwai gancz iar. Tet wir dez nicht, so schvell wir oder noch vens venser erben vnd venser nesten vrewnt mit venserm guten willen an alle vrist vnd an alle widerred den vorgenanten erbern hern dem conuent dez obgenanten chlosters ze Hohenfurt auffgeben vnd abtreten mit vollem recht eines halben schokkes geltes vnd ewiges vreies zins ewigleichen ze haben zu erb vnd zu aigen, grozzer phenning Prager mvencz in venserm dorff, daz do haisset Gomarsicz auff dem halben lehen, do Andre anffgesessen ist. Daz di red vnd gelveb alle stet gancz vnzeprochen pleib, dorvmb geb wir disen prief zu einem sichtigen offen vrchvend versigelten mit vnsern

Digitized by Google

paiden anhangunden ingsigeln, vnd durch einer pessern sichervng mit erbern lewt anhangvnden ingsigeln hern Marchwarten von Porisching ritters zu den zeiten purkrafen ze Rosenberch, vnd dez Busken gesaizzen (sic) Patak zu den zeiten purkgraven ze Welisching vnd Seyfrides Vlreichs aidem dez Drochawer, di daz tan haben durch vensern willen noch venser paider pet zu einer czewgnvezz in allen an schaden. Der prief ist geben noch Christes gepvert veber drewczehen hundert jar do noch in dem newnvndsechzigstem jar an sand Margreten tag.

Zwei kleine an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Das Siegel des Urkundenausstellers siehe bei CXXVII. *b)* und *c)* fehlen. *d)* Ein Helm mit Hütlein, an dem zwei Hörner. — † S . Bvzkonis . D. Das nun folgende Wort ist nicht lesbar. *e)* Das Siegel Seyfried's fehlt ebenfalls.

CXXXII.

1370. 12. Mai. Krumau. — *Die Brüder Peter, Ulrich und Johann von Rosenberg weisen dem jeweiligen Rosenberger Schulmeister das demselben von ihrem Bruder Jodok geschaffte Schock Prager Groschen Zinse auf ihrem Gerichte in Rosenberg an.*

Nos Petrus Vlricus et Johannes de Rosemberch ad vniuersorum volumus liquido presentibus noticiam deuenire, quod quia felicis memorie dominus Jodocus de Rosemberch frater noster pro sue remedio anime vnam sexagenam grossorum denariorum Pragensium annui ac perpetui census magistro et rectori scolarum in Rosemberch, qui est uel fuerit pro tempore, duxit legandam. Nos eandem legacionem et vltimam voluntatem ipsius nostri fratris effectui mancipare cupientes antedicto magistro uel rectori existenti pro tempore vnam sexagenam grossorum premissorum annui et perpetui census in judicio nostro in Rosemberch per nostrum judicem ibidem existentem pro tempore diuisim sibi annis singulis, videlicet triginta grossos in festo sancti Georgii proxime venturo et totidem in festo sancti Galli demum sequenti, et sic deinceps annis perpetuis virtute presencium assignandam deputamus et decernimus censuandam. Et ad maiorem huiuscemodi nostre donacionis firmitatem roboris presentes litteras fieri et sigillorum nostrorum appensione iussimus communiri. Datum in Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo dominica, qua cantatur „Cantate".

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in rothem Wachs, deren Beschreibung bei CIV. und CXIV.

Digitized by Google

CXXXIII.

1370. 1. November. O. AO. — *Die Brüder Marquard und Přibiko Ritter von Poreschin bewilligen den geistlichen Herren des Klosters zu Hohenfurt in ihrem Markte Kaplitz Mautfreiheit für alle möglichen Dinge.*

Ich Marchwart ritter vndt Prssibico ritter beydte bruedter von Porasching thuen khunt offenbahr mit diesen gegenwertigen brieff allen leuten, die ihn sehent lessent oder hören lössen, die nun lebent oder hernach khünftig sein, dass wür beydt vnuerschedentlich vnbezwungentlich bey vnssern gesunden leib zu der zeit, da wür es woll thun mochten, mit guten willen vndt bedachten mueth mit rath gunst aller vnsser beydter erben vndt aller vnser freundt vnss vndt vnssern vorvordern vnd nachkhomen zu einem ewig seelgeredt recht vnd redlich lauterleich durch offentlichen vor erbaren leuten frey lassen sicher vnd ledig ewiglich sagen vndt begeben von vnss vndt von allen vnssern erben aller mauth vnd aller forderung aller sach die erbern geistlich hern des klosters zu Hohenfurth alles das, es sey vieh wein oder treydt oder villerley, es sey klein oder gross wenig oder viell, das soll frey ledig sein ohn alle mauth vnd ohn alle forderung ewiglich, das man in ihr kloster triebe oder füert, durch vnssern markht der da heist Geblicz. Dass die redt vnd die geschäfft stet gantz vnd vnzerbrochen beleib von vnns vndt allen vnssern erben vndt von allen vnssern nachkhomen, darumben geben wür vnssern brüeff zu einem ewig offensichtig vrkhunt versiegelten mit vnsser beyden anhangenden insigl herrn Peters vndt herrn Jans beyder brüeder von Rossenberg, die das than haben durch vnsser bet willen zu einer zeugnus. Disser brieff ist gegeben da nach Christy gebuerth ergangen wahren 1370 (?) jahr am aller heylligen tag.

Nach einer Abschrift im Liber ruber privilegiorum des Stiftsarchives p. 93, 94.

CXXXIV.

1371. 31. März. Krumau. — *Peter, Pfarrer von Höritz, unterwirft sich in dem zwischen ihm und dem Stifte Hohenfurt wegen eines Hauses sammt dazu gehörigen Grundstücken in Höritz obschwebenden Streite dem Schiedsspruche des Herrn Peter von Rosenberg.*

Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quod ego Petrus plebanus de Horicz super omnibus et singulis causis litibus et controuersiis, que inter me ex vna parte necnon abbatem et conuen-

Digitized by Google

tum monasterii Altiuadensis super domo et area quadam ipsius cum agris pratis omnibusque pertinenciis ad eandem domum spectantibus sitam ibidem in Horicz vertentibus (sic) ex alia, non coactus uel compulsus sed bona et libera voluntate de alto et basso in honorabilem ac nobilem dominum Petrum de Rosemberch capelle regie omnium sanctorum in castro Pragensi prepositum tamquam arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem beniuole compromisi submittendo me ipsius arbitrio et pronuncciacioni promittendoque mea bona fide quolibet excusacionis profugato colore sub pena decem talentorum eiusdem domini Petri arbitrio pronuncciacioni ac mandato stare parere necnon obedire cum effectu parti alteri soluendorum nec contrauenire aliqua ratione uel causa per me uel interpositam personam, quam quidem penam exnunc prout extunc et extunc prout exnunc, si contumax et inobediens extitero in seruando arbitrio prelibato, me fateor incidisse. In cuius rei testimonium et robur ac ad maioris cautele presidium ad meam peticionem sigilla honestorum dominorum Hostislai plebani in Chrumpnaw et Bohdanczonis plebani in Welessin vna cum sigillo meo duxi presentibus appendenda. Datum Chrumpnaw anno domini millesimo CCC° septuagesimo primo feria secunda post palmas.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs; sämmtlich beschädigt. — *a)* St . Katherina. — . . Petri . Plbi . De . Horitz. *b)* St . Wenzl. — . . Boh . . . De . Wele . . . *c)* *St. Veit. — . . . . stislay. [Plbni?] . . .

CXXXV.

1371. 10. April. Krumau. — *Peter von Rosenberg, Probst der königlichen Capelle zu allen Heiligen auf der Prager Burg, schlichtet den zwischen dem Stifte Hohenfurt und dem Hoeritzer Pfarrer Peter obschwebenden Streit um ein Haus sammt dazu gehörigen Grundstücken in Höritz.*

Nos Petrus de Rosemberch prepositus capelle regie omnium sanctorum in castro Pragensi notum facimus vniuersis, ad quos presentes deuenerint, quod cum super causis litibus et controuersiis, que inter religiosos fratres abbatem et conuentum monasterii Altiuadensis ex vna et dominum Petrum plebanum ecclesie in Horicz super vna domo cum suis pertinenciis ibidem in Horicz sita parte vertebantur ex alia, in nos tamquam arbitrum arbitratorem et amicabilem compositore m beniuole et concorditer extitisset compromissum, tan-

Digitized by Google

dem nos matura deliberacione digestoque consilio prehabitis diligentique scrutinio seu inquisicione preuia virtute huiusmodi compromissi pronunccciauimus in hunc modum, quod memoratus dominus Petrus plebanus prefatam domum in Horicz cum suis pertinenciis a data presencium ad octo annos continuos, si vixerit, tenere aut possidere debeat pacifice et quiete, de ipsaque mediam libram denariorum in die natiuitatis domini annis eisdem vno contextu ac indiuisim iam dictis abbati et conuentui censuare. Cum autem dictum spacium octo annorum fuerit elapsum aut ipse dominus Petrus de hoc seculo infra eorundem annorum decursum de hoc seculo migrauerit, extunc huiusmodi domus cum vniuersis suis pertinenciis, de qua lis et questio vertebatur, ad abbatem et conuentum Altiuadensem predictos qualibet renitentia non obstante ad ipsorumque possessionem ac dominum omnimode debet reuerti et amplius per ipsos abbatem et conuentum iuxta libitum voluntatis eorum quibuscumque personis per eos locari. Quam quidem pronunccciacionem et arbitrium nostrum premissum prefate partes ibidem tunc presentes emologauerunt (sic) ipsamque ratam habuerunt et gratam. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum vna cum sigillo domini Petri plebani iamdicti necnon in testimonium sigillo domini Hostanconis duximus presentibus appendendum. Datum Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo feria quinta infra octauas pasche.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a* in rothem, *b* und *c* in weissem Wachs. *a)* Das kleine Siegel Peter's v. R. S. CIV. *b)* und *c)* Die Siegel der Pfarrer von Höritz und Krumau wie bei der vorhergehenden Urkunde und gleichfalls beschädigt. — . . Petri . Pl . . . De . Hori . . — † S. Hostislay . . . . i. [. . . nicht lesbar.].

CXXXVI.

1371. 14. September. Krumau. — *Peter, Ulrich und Johann von Rosenberg schenken in Vollziehung des letzten Willens ihres Bruders Jodok dem Abte und Convente des Klosters in Hohenfurt das Dorf Konradschlag.*

In nomine domini amen. Pristine ac moderne etatis sagaciter adinuenit prouidencia circumspecta, actus mortalium firmare litterarum apicibus, ne ipsos per decursum temporis obliuionis caligo fuscaret. Igitur nos Petrus Vlricus et Johannes fratres de Rosemberch notum facimus vniuersis, quod quia felicis recordii dilectus frater noster olim

Digitized by Google

dominus Jodocus de Rosemberch zelo deuocionis ac pietatis compunctus sanus mente et compos rationis existens ad diuini nominis gloriam et honorem, cuius altitudo prudencie nullis inclusa limitibus nullis terminis comprehensa suos cunctos ministros altis decorat honoribus et celestis efficit beatitudinis possessores, pro sue nec non suorum predecessorum animarum remedio vnam villam dictam in uulgari Theotonico Conratslag cum vniuersitate omnium et singulorum fructuum reddituum ac prouentuum ad eam spectancium deuotis ac religiosis fratribus abbati et conuentui monasterii in Altouado Cisterciensis ordinis, quod nostre fundacionis et dotacionis ab origine sua primeua fore dinoscitur, pie legauit contulit et donauit nomine testamenti idque nobis effectui mancipandum commisit. Volentes ejusdem fratris nostri legata et commissa perducere ad effectum prelibatam villam cum omnibus ipsius adherenciis et circumferenciis vniuersis iamdictis abbati et conuentui, qui est aut fuerit pro tempore, in perpetuum similiter pie damus concedimus et donamus per ipsos et eorum successores dicti monasterii conuentus et abbates pro antedicti nostri fratris ac nostrorum predecessorum animarum remedio possidendam, has tamen condiciones includendo, quod ipsi abbas et conuentus in perpetuum duos pauperes cum illis nouem, quos dudum in suo hospitali fouere noscuntur, a data presencium in antea et deinceps perpetuis futuris temporibus ibidem in ipsorum hospitali alere debeant ac nutrire, necnon in die anniuersario memorati nostri fratris sexaginta pauperes cum pane et ceruisia pascere, cuilibet ipsorum per vnum denarium largiendo ceteraque omnia et singula, que in celebracione anniuersariorum fundatorum solempnitates et cerimonia in cultu diuino et refeccione fratrum facere non negligant aut aliqualiter pretermittant. In cuius rei testimonium et robur sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo in die exaltacionis sancte crusis.

Über die an Pergamentstreifen hängenden Siegel in rothem Wachs vergl. CIV. und CXIV.

Digitized by Google

CXXXVII.

1372. 18. Jänner. O. AO. — *Konrad von Trojanow als Vormund der Waisen nach Jeschek von Swietlik verkauft dem Abte Heinrich von Hohenfurt und dem Convente daselbst Hof und Dorf Ostrow und nebstdem das Dorf Kleseczin um 127 Schock Prager Groschen und 60 Wiener Pfenninge.*

In dei nomine amen. Cunctorum periit memoria gestorum, nisi testibus et scriptis publicis bene sint roborati. Ego igitur Conradus de Troyanow natus Gregorii militis olym de Herslag tutor legittimus orphanorum Jesconis pie memorie dicti Swietlyk recognosco vniuersis et singulis tenore presencium tam presentibus quam futuris, quibus nosse fuerit oportunum seu presens scriptum ostensum, quod bona cum deliberacione sana mente et maturo amicorum meorum consilio propter vtilitatem et commune bonum orphanorum cupiens omnia et singula dampna, que ipsis solucionis dotalicii causa possent euenire quouis modo in futuro dotalicium, quod Sobyessynus vitricus ipsorum mortua matre habere stricte requirit, curiam Ostrowe wlgariter dictam cum bona et valenti aratura et villam, in qua eadem sita habetur, necnon et aliam villam Klesczin nomine wlgari nuncupatam, que dinoscitur prope in vicinatu esse situata ville seu curie iamdicte, hereditates quarum se suis contingunt linitibus differenciis atque metis duo molendia, et censum in eisdem villis sex saxagenarum xx^{ti} v^{que} grossorum Pragensium et quinque denariorum Wiennensium certum et perpetuum vna cum pascuis pratis rubetis siluis riwlis piscacionibus et aliis singulis iuribus ad ipsam curiam et villas predictas spectantibus vendidi rite et rationabiliter vero vendicionis tytulo venerabili ac religioso viro domino Henrico abbati Altovadensi totique conuentui pro centum xx^{ti} vii sexagenis grossorum Pragensium et sexaginta denariis Wyennensibus iure quolibet tenendas et possidendas, quo orphani predicti paterna successione tenuerunt et possederunt, quas quidem peccunias michi et dictis orphanis recongnosco (sic) per dominum abbatem iamdictum et conuentum esse persolutas integraliter et ex toto, de quibus peccuniis dotalicium ad matrem orphanorum deputatum scitu proborum virorum quam plurimorum Sobyessyno ipsorum vitrico expediui solui omnino et pagaui, promittens bona fide omni dolo ac fraude procul motis vnacum fratribus meis, videlicet Benessyo de Herslag et Nycolao de Perny, manu coniuncta in solidum, predicta bona secundum ius terre Boemie

Digitized by Google

more solito tamquam veri disbrigatores et legittimi contra prefatos orphanos et quemlibet hominem cuiuscunque fuerit status et condicionis, disbrigare et ab vniuersis inquietacionibus fideliter libertare. Eciam indiuisi omnes simul nos disbrigatores iamdicti promittimus sub fidei nostre obligacione et consciencia, si orphani prescripti ad annos cum creuerint et deuenirent maturos, proprio motu vel induccione cuiuscunque pro bonis huiusmodi ipsum abbatem et conuentum inquietarent modo quocunque vel inquietare vellent, et spondemus ab omni inquietacione tali annis tribus integris et tribus diebus ipsum dominum abbatem et conuentum liberare solutum facere supradictum, sibi et conuentui fideliter in nullo promissum nostrum sinistre mutando singula et omnia disbrigantes. Quod si non fecerimus et hoc quacqunque leuitate negligentes, quod absit, extunc quilibet nostrum cum duobus equis et vno famulo inmediate post inquietacionem in ciuitate Rosemberg aput honestum virum in domo, que nobis per sepedictum abbatem aut conuentum fuerit deputata, obstagium ab olym consuetum prestare debet et tenetur et inde nullatenus exire, quovsque de singulis omnibus et vniuersis dampnis, que sine iuramento super consciencias ipsorum propter causas rei huius premisse se dixerint percepisse, fuerit satisfactum et peccunia capitalis integra in numero, vt premittitur, ipsi abbati et conuentui fuerit omnino persoluta. In cuius rei euidenciam et robur perpetuo valiturum presens littera sigillis predictorum disbrigatorum, scilicet Conrady de Troyanow Beneschii de Herslag et Nycolay de Perny, existit roborata. Nos quoque Petrus de Rosemberg Troyanus de Brzyezie et Marquardus de Porzessyn in testimonium omnium premissorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo in festo sancte Prisce virginis gloriose.

Sechs an Pergamentstreifen hängende kleine Siegel in weissem Wachs, ausgenommen *d*, das in rothem Wachs. — *a)* Schild mit Kopf und Kragen eines Hahnes. — ° S . Konradi . De . Troyan. *b)* Schild, worauf ein Becher. — † S . Benesii . De . Herslag. — *c)* Ein Helm, dessen Zierde der Oberleib eines Mannes. — † S ° igilvm . Nicolai . De . Per ° ni. *d)* Das kleine Siegel Peter's v. R. CIV. *e)* Ein Helm mit einem Flügel. — † S . Troiani . D . Dvbrawicz *f)* Das bereits bekannte Siegel Marquard's von Poreschin. CXXV. *a.*

Digitized by Google

CXXXVIII.

1372. 24. Mai. O. AO. — *Johann von Dubowa verkauft dem Wanko von Elhenitz seinen Freihof im Dorfe Schestau um 28 Schock Prager Groschen.*

Ego Johan de Dubova ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum disposui peruenire, quod compos rationis existens propria desuperque suadela amicorum meorum preuia honesto et discreto Wankoni de Elenyc suisque natis et nascendis heredibus curiam meam liberam in villa Ziestow cum agris cultis et incultis pascuis omnibus et singulis prouentibus, in quibuscumque rebus aut substanciis nunc et denuo temporis successu instante consistant, ad ipsam spectantibus hereditarie et de spontanea voluntate pro viginti octo sexagenis grossorum Pragensium denariorum integre a dicto Wankone perceptorum presentibus recognosco me rationabiliter vendidisse iuste uendicionis titulo resignando. Et ne huiusmodi uendicio in antea in irritum quomodolibet deueniret et inane, cum discretis Jendlino de Chwalin fratre meo karissimo, Smilone de Rowna, Johanne de Bor alias de Rowneho dicto, Raczkone de Hor, curiam suis cum pertinentiis predictam pre impeticione vxoris mee, a qua dictam curiam cum omnibus usufructibus in accessu matrimonialis copule percepi in possessionem, cuiuslibetque hominis et persone iure terre regni Boemie ab olim vsuali er approbato spondeo disbrigare. Nos quoque Jendlinus de Chwalin, Smilo de Rowneho, Johannes de Bor, Raczko de Huor, prenominati profitentes pretacte curie alodialis eo, quo prefertur,, jure nos fore disbrigatores legittimos vnacum predicto Johanne de Dubowa omnium seriatim premissa hic contenta manu coniuncta et indiuisa solidaque fidei firmitate promittimus obseruare. Si uero nequiremus aut non curaremus exbrigare memoratam curiam alodialem, quod absit, aliquopiam impetente uel impetentibus extunc prealiegato Wankoni aut suis heredibus de tanta hereditatum nostrorum quantitate parte tercia euidenter superaucta, vbicunque in nostris bonis generaliter congruencius uisum fuerit, ipsi Wankoni sine quauis uerborum aut operum obuencione se intromittendi damus potestatem plenam. Alioquin ob non resignacionem partis tercie adaucte eo, quo prefertur, modo duo ex nobis, qui fuerimus ammoniti, in domum idonei hospitis in ciuitate Chrumpl. ad instanciam Wankonis prefati ad prestandum obstagium debitum

Digitized by Google

et cosuetum (sic) dolo et fraude quibusuis procul motis tenebimur subintrare et abinde non exire, quousque pars tercia adaucta cum suo primitiua eidem per nos resignata fuerit et singula dampna exinde contracta et legittime demonstrata ipsi per nos fuerint persoluta. In cuius rei euidenciam et robur proinde ualiturum sigilla nostra cum sigillo pretaxati Johannis de Dubowa presentibus duximus appendenda. Sub anno domini millesimo trecentesimo lxx. secundo feria secunda in crastino sancte trinitatis.

Fünf an Pergamentstreifen hängende kleine Siegel in weissem Wachs. *a)* und *b)* Oberleib eines Mannes, der ein Schwert schwingt. Die Legende von *a* wegen schlechten Abdrucks nicht lesbar. — † S . Jaskonis . De . Chwalyn. *c)* Ein Stierkopf. — † S . Smiel . Von . Rvb^{e}n. Vergl. CX. *a. d)* Ein Schild mit dem Bildniss eines Ziegenbockes. — * S . Johannis . De . Bor. *e)* Ein Schild mit dem Zeichen der Harach; über dem Schilde ein Helm, dessen Schmuck ein Hirschgeweih. — S . Raczkonis . De . Hor.

CXXXIX.

1373. 2. Februar. O. AO. — *Abt Johann von Wilhering als Visitator seines Tochterstiftes zu Hohenfurt nimmt unter Beistand des Abtes Peter von Engelszell einen Befund der beweglichen Güter des genannten Stiftes auf.*

Inuentorium vnius abbatis *).

Nos frater Johannes dictus abbas in Wilhering anno domini M° CCC^{mo} lxxiii. in die purificacionis beate Marie assistente nobis venetrabili coabbate nostro domino Petro de Cella Angelorum abbatiam in Altovado filiam nostram predilectam visitantes ac domino Henrico dicto Pukasser regimini abbatie voluntarie cedente dominum Ottonem quondam cellerarium sibi canonica eleccione precedente substituenes talem invenimus et reliquimus statum domus eiusdem. Primo expense receptis per omnia correspondebant preter ix lib. cum media lib., quos (sic) habebant pre manibus; vini et bladi sufficienciam vsque ad noualia; debita nulla. Item in peccoribus habebant primo in Hodanicz boues xii vaccas ix thauros iii juuente ii vituli vii porci xxiii (sic). In Horicz boues viii equi iii vace x thauri iii vituli iii porci xiii oues xvii agnelli (sic). In curia „ad piscatores“ vacce xi^{i} thauri v^{que} et juuenta et vituli v^{que} porci ix equi v^{que} boues vii. In Nesselpach boues iii equi ii vacce ii thaurus i oues ix. In „curia vaccarum“ boues viii vacce xvii vituli iii thaurus i equi ii. In Ru-

*) Diese Überschrift von anderer Hand.

Digitized by Google

kenhof boues xiii equi ii vacce vi thauri iii vituli iii juuente iii. In „curia caprarum“ boues vii equus i vacce ix juuente ii thauri ii vituli ii. Item in Hodenicz sexingente oues. In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum et coabbatis nostri de Cella Angelorum huic karte est appensum.

Die Siegel fehlen.

CXL.

1374. 17. Jänner. O. AO. — *Abt Otto und der Convent in Hohenfurt verpflichten sich, für den Ritter Gregor von Hörschlag, der ihrem Kloster zwei Talente Passauer Pfenninge Zinse in den Dörfern Gutwasser und Pschieslowitz gekauft und geschenkt hatte, einen Jahrtag abzuhalten.*

Nos frater Otto abbas totusque conuentus monasterii in Altovado ordinis Cysterciensis Pragensis dyoce sis vniuersis Christi fideibus presentibus publicamus, quod pie memorie dominus Gregorius miles strennuus de Herslag in remedium sue anime omniumque predecessorum suorum cum prompta sua pecunia nobis et monasterio nostro comparauit emit et donauit duo talenta denariorum Patauiensium perpetui census in duabus villis in Bona Aqua et in Prsyzawicz perhenniter possidendum et tenendum (sic) condicione tali, quod annis singulis in die sui obitus videlicet in festo sancti Dionisii martyris peragere debemus et promittimus suum anniuersarium secundum ordinis nostri approbatam laudabilem consuetudinem et de predicto censu die eadem ipsi conuentui ad refectorium de vno prandio sui ob memoriam debet laucius et honestius prouideri. In cuius rei memoriam indelebilem presentes litteras cum sigillorum nostrorum appensione tradidimus munimine roboratas. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo lxxiiij° in die beati Antonii confessoris.

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel in grünem Wachs. — *a)* Ziemlich gross. Der Abt stehend, das Haupt mit einem Barett bedeckt und in der Rechten einen Stab haltend; zu seinen beiden Seiten Rosenstöcke. — † S . Ottonis . Abbatis . In . Altovado. *b)* Rund und ziemlich gross. Maria, eine Krone auf ihrem Haupte, sitzt mit dem Jesukinde auf einer Bank, zu deren beiden Seiten blühende Rosensträuche. — † S . Conventus . De . Altovado.

Digitized by Google

CXLI.

1375. 25. April. Krumau. — *Marquard von Poreschin und Johann von Bor, vom Abte Otto von Hohenfurt erwählte Schiedsmänner: Nikolaus von Bielz und Konrad von Trojanow, vom Abte Gerhard von Goldenkron erwählte Schiedsmänner; mit dem Abte Gerlach von Nepomuk als Obmanne: schlichten den zwischen den Cistercienserstiften zu Hohenfurt und Goldenkron wegen der Grenzen und Wälder in der Nachbarschaft von Höritz obschwebenden Streit.*

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto indiccione xiii^{a} die vicesima quinta mensis Aprilis hora uesperorum uel quasi in stuba maiori in castro Chrumpnaw, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Gregorii diuina prouidentia pape vndecimi anno quinto, imperii uero serenissimi principis et domini nostri domini Karoli Romanorum imperatoris semper augusti et Boemie regis anno uicesimo, in mei notarii publici et testium presencia subscriptorum constituti personaliter honorabiles et religiosi fratres Otto Altiuadensis et Gerhardus Sancte Corone monasteriorum abbates ordinis Cisterciensis diocesis Pragensis pro se et conuentibus ac successoribus eorum de comuni uoluntate vnanimi sponte et consensu in strennuum militem dominum Marchquardum de Poreschin burchgrauuium protunc in Rosemberch et discretum ac honestum Johannem de Bor alias de Rowna dictum ex una, et Nicholaum de Bielcz protunc in Rosemberch procuratorem necnon Conradum de Troianow alias dictum de Herslag arbitros parte electos ex altera, promiserunt specialiter tamen in reuerendum dominum Gerlacum abbatem Pomucensem superabitrum de alto et basso, compromiserunt tamquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores laudatores et communes amicos stare laudo arbitrio ipsorum et precepto de omni lite questione dissensione et peticione, quam uel quas predicti Otto Altiuadensis et Gerhardus Sancte Corone monasteriorum et conuentuum abbates occasione metarum limitum et siluarum opido Altiuadensi Huerzicz contigue adiacencium alter contra alterum vice et nomine suo suique monasterii scandoloso rancoris non cessante dissidio agere de jure uel de facto petere et litigare possent diem usque in presentem; vt memorati arbitri presentes et recipientes de iamdictis litibus controuersiis ac contentionibus occasione metarum limitum siluarum prescriptarum vertentibus arbitrari quomodolibet percipere laudare et diffinite

Digitized by Google

valeant coniunctim uel diuisim presentibus uel absentibus partibus omni loco et tempore, quocies eorum placuerit uoluntati uel uidebitur expedire, promittentes ad invicem sollempni manuum stipulacione facta michique notario infrascripto sub pena quinquaginta sexagenarum grossorum Pragensium denariorum parti seruanti a non seruante soluendorum pro omnibus rite ac racionabiliter tenendis et obseruandis quauis cessante contrauencione, quidquid dicti arbitri partes inter predictas duxerint faciendum laudandum et diffiniendum, qua pena commissa semel uel pluries exacta et soluta aut non exacta uel non soluta nichilominus omnia et singula premissa in sua semper firmitate maneant et perdurent. Qui quidem arbitri ab utraque parte ibidem conuenientes dei invocato nomine et ipsum semper habendo pre oculis pro bono pacis et salubri uia concordie arbitrati fuerunt concorditer pronuncciantes, quod abbas et conuentus monasterii Altiuadensis predicti silue seu nemoris, pro quibus litis uertebatur occasio, in parte tercia debens contentari, in residuisque duabus eiusdem nemoris partibus uel earum possessione . . abbatem et conuentum monasterii Sancte Corone ullo umquam tempore minime inpedientes quemquam nenemorum (sic) due partes curiam monasterii Sancte Corone dictam Macracuria contiguare dinoscuntur. Cuius quidem silue seu nemoris mete et limitaciones, ut ipsi arbitri affirmarunt, modum distincte sunt per infrascriptum: Primo incipiendo uel eundo a fonte aput uillam abbatis et conuentus monasterii Sancte Corone dictam Slabs, deinde per viam obinde de nouo factam per siluam secundum cruces et aceruos ac signa in arboribus et lapidibus pluribus excisa vsque ad Multauie flumen superius littus wlgariter Swarczsteten dictum, ubi eciam paruus riuulus cadere fertur in ipsum Multauie flumen. In quo quidem Multauie flumine ipsiusque coherenciis vniuersis superius locum et vsque ad locum Swarczsteten nuncupatum abbas et conuentus monasterii Altiuadensis sepefati nil iuris requirere habent, nec spem obtencionis et libertatis attemptent aut exposcant uoluntate et permissione abbatis et conuentus monasterii Sancte Corone non adiunctis. Ibique aput littus Swarczsteten prenotatum lapis magnus cum pluribus aliis lapidibus contra nemus signati (sic) crucibus feruntur, ut sint in signa et annos perpetuo duraturi. In cuius rei euidenciam et robur in futuro valiturum abbatis et conuentus monasterii de Altouado sigilla vnacum honorabilis domini Petri de Rosemberch prepositi omnium sanctorum capelle regie

Digitized by Google

in castro Pragensi auditoris ipsius cause specialis sigillo presentibus sunt appensa. Datum et actum anno indiccione die mensis hora loco pontificatus et imperii, quibus supra, presentibus strennuis militibus dominis Marchquardo de Porzesschin et Troyano de Dubrawiczie necnon discretis Johanne de Bor alias de Rowna dicto et Conrado de Troianow alias de Herslag dicto et aliis quam pluribus fide dignis testibus vocatis ad premissa.

Nos quoque frater Gerlacus abbas monasterii Pomucensis ordinis Cisterciensis Pragensis diocesis predictus a memoratis partibus nobis porrecte peticionis ad instanciam pro causa dissensione inter prefatos Altiuadensis et Sancte Corone monasteriorum et conuentuum abbates ac litis materia uertentibus prescriptis arbitracionem diffinicionem cum plenaria pronunccciandi potestate de prenotatorum consensu et suadela arbitrorum in nos profitemur assumpsisse, quam quidem arbitracionem diffinicionem et pronunccciacionem antedictam a pretactis arbitrorum partibus celebratam virtute presencium, quibus nostrum appendimus sigillum, laudamus approbamus et ratificamus sollempniter in singulis suis clausulis et articulis omnium premissorum.

Et ego Johannes quondum Petri de Magnauilla clericus Pragensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius huiusmodi compromissioni arbitracioni pronunccciacioni diffinicioni et approbacioni suprascriptis, dum sic fierent et agerentur, vnacum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri uidi et audiui manu propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi consuetisque meis signo et nomine consignaui in testimonium omnium requisitus premissorum.

Vier an Pergamentstreifen hängende Siegel bis auf *c* in rothem Wachs. — *a)* und *b)* Die Siegel des Abtes und Conventes zu Hohenfurt wie in der vorhergehenden Urkunde. *c)* Das kleine Siegel Peter's v. R. CIV. in rothem Wachs. *d)* Ziemlich gross, beschädigt, in grünem Wachs. — Abt mit einem Buche (?) in der Rechten und einem Stabe in der Linken in einer gothischen Capelle stehend. — S . Fratris . Gerl . . . . . batis . D . Pomv [k?]. Das Notarszeichen besteht in einer der Bestätigung vorgesetzten gefälligen Zeichnung, deren Grundzug eine Pflanze sammt Wurzeln ist. Auf dem Wurzelstock steht geschrieben: Johannes.

Diese Urkunde ist in duplo vorhanden. Der Inhalt des zweiten Exemplars, das schöner geschrieben zu sein scheint, weicht von dem des ersten nur an zwei Stellen ab: einmal fehlt hier die Stelle „quemquam nemorum — contiguare dinoscuntur", und heisst es an der Stelle der Siegelankündigung „abbatis

Digitized by Google

sique conuentus monasterii Sancte Corone sigilla". An dieser Urkunde hängen gleichfalls vier Siegel an Pergamentstreifen, bis auf *c* in grünem Wachs abgedruckt. *a)* Ziemlich gross und gut erhalten. — Ein Abt stehend in gothischer Capelle mit einem Buche (?) in der Rechten und dem Stabe in der Linken. — S . Gerhardi . Abbatis . Sancte . Corone. *b)* Ziemlich gross. Maria, zu deren Rechten ein Leuchter (?) steht, sitzend auf einer Bank mit dem Jesukinde, das nach Sternen langt. — † S . Conuentvs. Sce. Corone. *c)* Das kleine Siegel Herrn Peter's v. R. in rothem Wachs. *d)* Das Siegel des Abtes Gerlach siehe oben.

CXLII.

1375. 7. Mai. Wlhlaw. — *Onscho von Wlhlaw stiftet eine immerwährende Vicarie an der Kirche in Stričitz.*

Docente apostolo bonum facientes non dificiamus, tempore enim suo metemus. Dum ergo tempus habemus, operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Hinc est, quod ego Onso de Wlhlaw fidei commissarius germani fratris mei Nicolai felicis memorie de Wlhlaw tenore presencium profiteor vniuersis, quod sincere desiderans michi meisque progenitoribus thesauros inmarcescibiles in celestibus thesaurisare cultumque dei augere, de consensu et libera voluntate nobilium dominorum meorum Petri Vlrici et Johannis de Rozemberg nec non de consilio honestorum virorum domini Cunczmanni rectoris ecclesie et suorum parochialium in Stryczicz, qui ad hoc suum sufficiens subsidium in parata pecunia porrexerunt, donacionem infrascriptam, quantum in me est, feci et presentibus facio, vt plebanus ecclesie in Stryczicz deinceps vnum presbyterum ydoneum pro vicario perpetuo teneat, qui deo deseruiat et in suis orationibus nostri perpetuam habeat memoriam. Vt autem ipse plebanus talem sacerdotem tenere possit, sibi et ecclesie sue predicte de meis hereditariis et paternis bonis in remedium ipsius fratris mei Nicolai et meorum progenitorum et ob salutem meam do et presentibus resigno septem sexagenas cum sex grossis annui et perpetui census in villis Chrachczan et Tupess in plebe parochialis ecclesie in Nyemczicz situatis, videlicet in Chrachczan super sex laneos, quorum quinque lanei annuatim equaliter soluunt quilibet per quinquaginta grossos in toto, videlicet in festo sancti Georgii sedecim grossos et totidem in festo sancti Galli, citra vero festum assumpcionis beate Marie pro robota per decem et octo grossos; sextus vero laneus in quolibet terminorum predictorum propter augmentum

Digitized by Google

hereditatis soluit per viginti grossos, et illum laneum colunt Petrus et Nicolaus, secundum vero laneum tenet Mathias, tercium Blahut et Jessko, quartum Borso cum Nicolao, quintum Wytko, sextum Vrsus. Item Radussko ibidem vndecim grossos. In villa vero Tupess Laurencius tenet septem quartalia, de quibus annuatim in terminis consuetis soluit centum et quinque grossos, specialiter eciam in villa Niemcziez predicta quadraginta octo grossi (sic) in vno laneo, quem tenet Andreas dictus Zagiecz, et idem soluit sex grossos de alia hereditate sua, quam ibidem possidet. Pretacte ecclesie in Stryczicz dono et assigno pro lumine perpetuo, quod ante corpus domini instaurari debet et foueri die noctuque, ne temerarie extingwatur, et predictus plebanus ad supplendam sexagenam pro dicto lumine a Raduskone in Chrachczan sex grossos recipiendo singulis annis assignabit. Nam de hiis censibus ego tres sexagenas de proprio donaui, residuum vero Cunczmannus plebanus cum sua plebe persoluerunt. Prefatum quoque censum seu hereditatem in Chrachczan et Tupess ac Nyemcziez sic donatam libere perpetue et hereditarie presentibus resigno cum omnibus fructibus libertatibus vtilitatibus obuencionibus et pertinenciis suis, quocunque nomine censeantur, necnon pleno dominio, prout ego illa possedi, promittens bona et sincera fide vnacum fideiussoribus meis Petro dicto Zidkone de Borecznicz et Potro (sic) dicto de Dunowicz, dictam hereditatem cum suis pertinenciis contra quamlibet personam sub penis in talibus consuetis jure terre disbrigare. Dictus quoque dominus Cunczmannus plebanus et sui vniuersi successores debent et tenentur prelibato sacerdoti seu vicario de pretactis redditibus aut de fructibus sue ecclesie vltra expensas suas, quas sibi caritatiue secum porriget, tres sexagenas singulis annis assignare cum scitu domini Onsonis vel suorum heredum et suorum parrochialium pro ipsius vicarii expensis et anniuersario inferius expressato, residue quatuor sexagene plebano remanebunt. Idem eciam plebanus debet singulis sabbatis diebus perpetuo missam de beata virgine sub nota tenere et feriis secundis pro omnibus fidelibus defunctis similiter missam decantare. Insuper singulis annis perpetue plebanus, qui pro tempore fuerit, facere tenetur vnum anniuersarium sequenti die post dedicacionem eiusdem ecclesie. Si vero illum diem festum aliquod occuparet, tunc die sequenti quatuor missas vnam sub nota et tres lectas tenendo pro animabus meorum progenitorum, videlicet Abssiconis genitoris mei

Digitized by Google

Czadkonis canonici Pragensis et Nicolai pretacti fratrum meorum domini Swathomiri de Nyemczicz patrui mei et Johannis filii ipsius omniumque meorum predecessorum necnon post decursum vite mee et domine Marusse genitricis mee pro animabus nostris ac ipsius domini Cunczmanni plebani et suorum parochialium, qui huius rei sunt fundatores, ipsorumque quoque animas in wlgari plebe recomendando. Isto eciam adicto, quandocunque plebanus, qui pro tempore fuerit, careret vicario et nollet monitus illum recuperare aut anniuersarium siue missas pretactas non teneret, extunc elapsis quindecim diebus scitu domini archiepiscopi aut suorum officialium census et fructus huiusmodi datus occassione ipsius vicarii per pretactum dominum Onsonem vel suos heredes necnon per vitricum ecclesie in plebezanos tolli debet et dari cum testimonio eiusdem plebani pro fabrica ecclesie ipsius et pauperibus et hoc secundum temporibus numerum debitum et negligenciam commissam computando. Quandocunque plebanus huiusmodi reassumeret absque omni impedimento, iterum censum debitum et fructus huiusmodi rehabere debet et hoc singulis annis propter singulas negligentias obseruando. Si vero idem plebanus vno anno integro vel pluribus negligeret aut nollet tenere talem vicarium, extunc super redditibus predictis cum scitu decani districtus illius antedictus dominus Onso cum suis heredibus necnon parochiales licite per se poterunt, talem sacerdotem, qui omnia onera pretacta sufferat, locare, qui tamen plebano obedire debet in licitis et honestis et illum circa eandem tenere ecclesiam, quousque plebanus beniuole vicarium, vt premittitur, reassumat. Non licebit autem michi predicto Onsoni successoribusque meis, aliquem ibidem locare presbyterum vt premittitur, nisi plebanus predictus aut sui successores nollent aliquem ydoneum presbyterum tenere pro vicario premisso. Supplico igitur reuerendissimo in Christo patri et domino domino Johanni sancte Pragensis ecclesie archiepiscopo apostolice sedis legato aut ipsius vicariis in spiritualibus, vt de solita benignitate et in augmentum diuini cultus predictas meas donacionem ordinacionem et disposicionem auctoritate ordinaria dignetur confirmare approbare et ratificare, redditusque prescriptos ecclesiasticis redditibus cum libertate et immunitate ascribere et cum interposicione decreti annotare. In quorum omnium testimonium et robur perpetue valiturum sigillum meum vnacum sigillis fideiussorum meorum Petri dicti Zidek et Petri dicti Dunowecz necnon nobilium

Digitized by Google

dominorum meorum Petri Vlrici et Johannis de Rozemberg et Cunczmanni plebani ecclesie predicte in Stryczicz presentibus duxi appendenda. Datum in Wlhlaw anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto in die sancti Stanislai martiris. (Folgt nun die Bestätigung durch das Prager Generalvicariat ddo. Prag 30. April 1376. Siehe unten CXLVI.)

Acht an Pergamentstreifen befestigte, meist schlecht abgedruckte Siegel in weissem und rothem Wachs. *a)* Das schon beschriebene S . Vicariatvs. Archiepiscopatvs . Pragensis. *b)* Dieses wie die folgenden Siegel sind sämmtlich klein von Form. — Kopf und Hals eines Raubvogels mit zwei hornartigen Federn auf dem Kopfe. — † S . V . . . l . . . *c)* Ein Helm mit zwei Hörnern. — † S . Petri . De . Bore . . . *d)* Schild, worauf ein gehörntes vierfüssiges Thier (ein Hirsch?). — . . etri . De . Dv . . . *e) f) g)* Die schon bekannten Siegel der Rosenberger Peter, Ulrich und Johann. Diese in rothem Wachs. *h)* Ein Majuskel C. Die Umschrift ist nicht lesbar. Es ist das Siegel des Stričitzer Pfarrers.

CXLIII.

1375. 25. Mai. O. AO. — *Wilhelm von Lagau gibt letztwillig dem Abte und Convente des Klosters in Hohenfurt zur Abhaltung von Jahrtagen Zinse in den Dörfern Ranschitz und Schestau.*

Nouerint vniuersi tam presentis temporis homines quam futuri ad quos presens scriptum fuerit deuolutum, quod ego Wilhelmus de Laucaw in lecto egritudinis mee constitutus sanus tamen mente congruaque ratione pervsus cogitans ac mente reuoluens, quod non sit melior ac salubrior animarum exulancium consolacio quam virorum religiosorum in Christo deuotorum frequens et assidua oratio. Igitur ego Wilhelmus prefatus ordinaui et disposui testamentum meum atque vltimam meam voluntatem religiosis viris fratribus abbati et conuentui monasterii in Altovado ordinis Cysterciensis pro pitancia et recreacione perpetuis temporibus in die aniuersarii mei vnam sexagenam grossorum Pragensium denariorum census siue pensionis perpetue tollendam habendam et recipiendam in villa Ranczicz videlicet quadraginta quatuor grossos Pragenses in hominibus censuandis, scilicet in Nicolao dicto Cocziczka et Stephano fidelium incolarum per me deputatis, quorum hereditates hereditatibus Nicolai et Andree contingunt, et residuos uero sedecim grossos, numerus vnius sexagene, vt inpleatur census predicti per me legati et dispositi, fideliter de bonis propriis ordino annis singulis, ut fratribus prefatis in Alto-

Digitized by Google

vado tempore debito soluant et complete sine omni contradictione qualibet expediant, heredes mei et expedire habent successores uel bonorum meorum hereditarii, qui fuerint et legittimi possessores, tamen sic dispono et habere volo, quod heredes mei et successores, quandocunque voluerint et potuerint, solummodo et tantum iam dictos sedecim grossos cum tribus sexagenis grossorum Pragensium circa ipsum abbatem et conuentum debent exsoluere atque possunt et ipsi eisdem sexagenis cum tribus alium censum sedecim grossorum certum emendo tenebuntur comparare. Eciam lego dispono et ordino in villa Schestaw pro remedio et salute anime honesti viri amici mei bone recordacionis Jenischii de Mesipoczye viginti quinque grossos perpetui census in dimidio laneo tenendos, quem Andreas dictus Twaroch possidere dinoscitur, cuius quidem dimidii lanei fines agris uel hereditatibus Wanconis Sdenconis et Vlrici dicti Heureufel sunt contingentes. Ita videlicet, vt in festo quolibet sancti Dyonisii in die aniuersarii mei memoriam anime mee predecessorumque meorum in missis et orationibus eorum iuxta debitam ipsorum exigentiam ordinis perpetuo ac iugiter debeant habere, similiter in festo quoque natiuitatis beate virginis Marie aniuersarium annis perpetuis Jenischio et memoria salutaris sorumque predecessorum sint deuote celebraturi. Et ut conuentus eodem in tempore communiter in refectorio in victu temporaliter ac corporaliter de prouidencia ipsus pitanciarii, qui pro tempore fuerit, primo in die aniuersarii mei honestius et melius, sicut fieri poterit, de vna sexagena grossorum Pragensium denariorum deinde in die aniuersarium Jenischio cum peragetur, de viginti quinque grossis denariorum Pragensium eorundem pie ministrando recreetur. Quapropter ego Johannes de Laucaw recognosco per presentes publice et fateor in hiis scriptis voluntatem et ordinacionem genitoris mei Wilhelmi pie recordacionis prefati, quam fecit et disposuit pro salute anime sue predecessorumque suorum necnon Jenischii prenominati cum ceteris amicis meis subnotatis ratam habere atque gratam et perpetue inuiolabiliter obseruare ymmo fide pura sine omni dolo et fraude predictis dominis et fratribus cenobii in Altovado, quandocunque emptionem pro censu aliquo ipsis, qui placebit, fecerant et me de illis supradictis tribus sexagenis, de quibus census sedecim grossorum Pragensium a bonis michi, que pater dimisit et reliquit, diruantur, habuerint monitum infra spacium xii^cim^ ebdomadarum uel trium mensium ipsas promitto sine omni protrac-

Digitized by Google

cione cum promptis tantum fideliter numerando expedire, uel si placebit ipsos circa venditores ipsorum de iam dictis tribus sexagenis grossorum facere quittos liberos omnino et solutos. Si uera negligencia quocunque modo aliqua hoc facere et inplere tardarem, extunc ego Johannes prefatus uel aliquis amicorum meorum de infrascriptis vnus cum equo tantum reuolutis habita monicione tribus mensibus complete statim in ciuitate Rosenberchk ad prestandum obstagium solito more et consueto in domum honesti hospitis, que sibi demonstrata fuerit, intrare debet et exinde nullatenus exire tamdiu, quousque de dampnis singulis, que dixerint se percopisse (sic), ipsis fuerit et de pecunia capitali plenariter satisfactum. Tamen ita, quod sepedicti fratres diem anniuersarium patris mei et suorum predecessorum meorumque amicorum et Jenischii, secundum quod prius est expressatum perpetue sint celebraturi. In casu uero, vbi ipsi hoc non facerent, quod tunc amicus noster propinquior potest ac licite poterit vnum quemcunque hominem censualem monasterii uel duos in ciuitatibus seu locis propriis pro vno fercone grossorum gratia nulla mediante tantum arestare. Et hoc singulis annis amicus noster habet facere in casu, vbi negligentia quecunque in anniuersario patris mei et Jenischii committeretur, similiter faciendo, quousque pitancia dandi obmissa ad plenum restauretur. Et ut testamento ordinacioni legacioni statuto et promisso predictis nullus aliquando valeat contraire vel se opponi, sigillum meum vna cum sigillis amicorum meorum videlicet honorabilis viri domini Bohunconis plebani in Budweys Prziblini de Petrowitz et Johannis de Swietow presentibus sunt appensa. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto feria sexta in die sancti Vrbani pape et martiris gloriosi.

Vier kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Ein in drei Felder getheilter Schild. — † S . Johannis . De . Slowkov. *b)* Schlecht abgedruckt. St . Nicolaus. — . . . ncon . . . *c)* Ein durch drei schmale Blätter in drei Felder getheilter Schild. — † S . Pzryblini . D . Petrowicz. *d)* Ein durch drei Federn in drei Felder getheilter Schild. — S. Jesconis . De . Swienow.

Digitized by Google

CXLIV.

1375. 24. August. O. AO. — *Proschko von Rakow verkauft den Herren Peter und Johann von Rosenberg und der Rosenberger Pfarrkirche das Dorf Quassow nebst drei Zinsholden im Dorfe Nirschlern um 70 Schock Prager Groschen.*

Ego Proczko dictus de Rakow vnacum heredibus meis tenore presentium recognosco publice protestans vniuersis, quod matura deliberacione sanoque amicorum meorum consilio prehabitis ac de consensu et bona voluntate domine Juthe consortis mee dilecte de meis liberis hereditatibus villam integram Quassow dictam et tres incolas seu homines censuales in villa Korithy nunccupata cum agris cultis et incultis censibus emendis honoranciis robotis siluis rubetis promontoriis aquis aquarumve decursibus pratis pascuis communitatibus utilitatibus singulis juribus et prouentibus ac pleno dominio omnique libertate ab antiquo ad eam spectantibus, prout ipsa omnia in suis metis limitata sunt et distincta, nobi libus dominis Petro et Johanni de Rosemberg et ecclesie parrochiali in Rosemberch rite et legittime uendidi pro septuaginta sexagenis grossorum Pragensium denariorum jure hereditario ad habendum vtifruendum regendum possidendum perpetuis temporibus pacifice libere et quiete, velut egomet et antecessores mei eadem bona hucusque omni cessante impedimento tenui et tenuerunt, quas quidem septuaginta sexagenas grossorum memoratas me fateor integraliter et ex toto percepisse. Volens igitur dictos dominos et ecclesiam in Rosemberch in huiusmodi empcione certos reddere et securos, ipsis amicos meos karissimos strennuos dominos videlicet Jaroschium de Styekna et Marchquardum de Poresching dictorum bonorum fideiussores et disbrigatores duxi statuendos, promittens nichilominus bona fide vnacum eisdem manu coniuncta indiuisim, eadem bona cum singulis suis pertinentiis superius ennarratis a quolibet homine ea impetente seu impetere volente disbrigare et omnimode libertare iuxta ritum et formam juris terre regni Boemie hactenus obseruatam. In casu vero, ubi dictum Proczkonem priusquam dominam Jutham conthoralem ipsius viam vniuerse carnis ingredi contingeret, extunc nos Jaroschius de Stiekna et Marchquardus de Porziessin fideiussores antedicti promittimus bona fide absque dolo dictam empcionem et bona post mortem ipsius Proczkonis a prefata domina Juta sorore nostra

Digitized by Google

eo modo et jure, ut premittitur, libertare et disbrigare. Si vero, quod absit, eadem bona cum omnibus suis appendiciis superius expressis disbrigare et libertare non possemus, extunc de tot et tam bonis nostris liberis hereditatibus, provt dicta bona se extendunt, parte tercia superaucta prefatis dominis ac ecclesie in Rosemberch condescendere ipsosque desuper transducere promittimus et debemus omni occasione et contradictione procul motis. In casu, quo nos eciam in huiusmodi bonorum disbrigacione aut aliorum in tercia parte plus valentium condescensione contrarii essemus et negligentes, extunc ambo, quamprimum moniti fuerimus, quiuis cum vno famulo et duobus equis in ciuitate Chrumpnaw in hospicio nobis specialiter deputato obstagium debitum et consuetum tenebimur obseruare, in eodem tam diu continuantes, quousque omnia premissa vnacum dampnis exinde contractis, que legittime et probabiliter poterint demonstrari, totaliter per nos expleta fuerint et persoluta cum effectu. Nos quoque Jarosschius de Stieknye et Marchquardus de Poresching supradicti recognoscimus, nos esse veros et legittimos predictorum bonorum disbrigatores, promittentes bona nostra fide omnia et singula superius contenta dolo et fraude absentibus fideliter adimplere. Vt autem cuncta premissa in singulis suis punctis et clausulis rata permaneant atque firma, sepedictis dominis et ecclesie in Rosemberg presentes damus litteras nostrorum roboratas appensione sigillorum. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto die sancti Bartholomei apostoli gloriosi.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Schild mit einem Hirschgeweih (?). — † S . Proczko . De . Rachow. *b)* Schild mit einem Pfeil. — † S . Jarosii . De . Stiekna. *c)* Das bekannte Siegel Marquard's von Poreschin.

CXLV.

1376. 1. Jänner. O. AO. — *Abt Otto und der Convent in Hohenfurt verpflichten sich für eine ihrem Kloster von den fünf Söhnen des Gregor von Hörschlag gemachte Schenkung von 24 Schocken Prager Groschen zur Abhaltung von vier Messen in jeder Woche am St. Wenzels-Altare.*

Nos frater Otto abbas totusque conuentus monasterii in Altonado ordinis Cysterciensis Pragensis dyocesis tenore presencium protestamur vniuersis, quod honesti viri dominus Zytwinus de Ebnaw, Benechsius de Herslag, Quonradus de Troyanow, Nicolaus de Perne

Digitized by Google

et Dworsata de Herslag, filii domini Gregorii pie recordacionis de Herslag, donauerunt nobis et monasterio nostro viginti quatuor sexagenas grossorum Pragensium paratorum, pro quibus cenobio nostro ad officium pitancie nostre certos reditus perpetue comparare debemus, volentes eciam pro temporalibus bonis spiritualia recompensare, prout decet, beniuole subicimus nos ad tale onus, vt in altari sancti Wenceslai ibidem in nostro monasterio singulis ebdomadis quatuor missas pro salute eorum et animabus predecessorum ipsorum celebrare promittimus sine intermissione. Quod si vmquam, quod absit, obmitteremus causa quacunque emergente, extunc prior noster, qui officium huiusmodi instaurare debuit et neglexit et post ternam monicionem non recuperauit, omnino de officio prioratus mox debet deponi. Insuper fatemur, quod pro decima in curia Herslag donata monasterio per dominum Czenconem et Dominicum eorum predecessores tenemur et obligamur, singulis diebus perpetue vnum lumen in summo altari in choro infra officium misse pro eisdem predecessoribus instaurare et fouere. Harum nostrarum testimonio litterarum cum nostrorum apensione sigillo um. Datum et actum anno domini M° CCC° lxxvj° in die circumcisionis domini.

Die Siegel sind nicht mehr vorhanden.

CXLVI.

1376. 30. April. Prag. — *Jenczo, Propst zum heiligen Kreuz in Breslau, und Johann, Dechant von S. Apolinar in Prag, Generalvicare in spiritualibus des Erzbischofs Johann von Prag, bestätigen die Stiftung der Vicarie in Stříčitz.*

Nos quoque Jenczo prepositus sancte crucis Wratislauiensis et Johannes decanus sancti Appollinaris Pragensis ecclesiarum, vicarii in spiritualibus reuerendissimi in Christo patris et domini domini Johannis sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi apostolice sedis legati, generales attendentes predictam donacionem ac omnia et singula suprascripta ex zelo deuocionis procedere ac diuinum cultum augere ipsam ac omnia et singula suprascripta in suis punctis et clausulis autorisamus ratificamus approbamus et ex certa nostra sciencia auctoritate ordinaria confirmamus, ipsosque census et redditus ecclesie predicte incorporamus vnimus et applicamus ac inter census et redditus ecclesiasticos de cetero volumus reputari. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri sigillique vicariatus nostri appen-

Digitized by Google

sione iussimus communiri. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto die ultima mensis Aprilis.

Das Siegel beschrieben bei der Urkunde CXLII.

CXLVII.

1377. 4. März. O. AO. — *Johann, Pfarrer in Rosenberg, verkauft den Dörflern Paul und Swacho nach emphyteutischem Rechte den Hof im Dorfe Kwassow um 22 Talente Wiener Pfenninge und gegen Entrichtung eines jährlichen Zinses von zwei Talenten Pfenninge derselben Münze.*

Nouerint presencium inspectores vel auditores vniuersi, quod ego Johannes rector ecclesie parrochialis in Rosenberg matura prehabita deliberacione cum scitu et consilio nobilium dominorum Petri et Johannis de Rosenberg dominorum meorum graciosorum curiam in villa dicta Kwasow sitam, in qua Benessius dictus Haracher et Proczko successor suus olim residenciam tenuerunt corporalem, cum omnibus agris suis cultis et incultis rubetis pratis pascuis omnibusque et singulis aliis juribus et prouentibus ad eandem spectantibus provt ego et alii antecessores mei tenuere, honestis Paulo et Swachoni villanis ac eorum heredibus jure emphiotetico possidendam et tenendam rite et legittime vendidi pro viginti duobus ta-[lent-]is denariorum Wyennensium, quas quidem pecunias integraliter persoluerunt hoc adiecto, quod di-[cti vill-]ani et heredes eorum michi omnibusque successoribus meis [futur-]is plebanis de eadem curia singulis a-[nnis] nomine census duo talenta denariorum Wyennensium [in festis] sanctorum videlicet Jeorgii et Galli diuisim censuabunt. Item circa festum penthecostes quinquaginta oua sex pullos duos caseos quatuor denarios Wiennenses valentes duos falcatores et duos rastratores feni censuare tenebuntur et debebunt. Promittens bona fide meo ac successorum meorum nomine dictam curiam cum suis appendiciis, vt premittitur, iuxta formam et ritum juris emphiotetici in terra Boemie actenus obseruatos cum adiutorio dominorum meorum de Rosenberg predictorum disbrigare ac omnimode libertare sine dolo. In quorum omnium robur et euidenciam pleniorem sigillum meum proprium presentibus est appensum. Nos itaque Petrus et Johannes de Rosenberg antedicti recongnoscimus huiusmodi vendicionem de scitu et consilio nostris rite et legittime fore factam. In cuius euidens testimonium sigilla nostra ex certa sciencia presentibus

Digitized by Google

duximus appendenda. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo quarta die mensis Marcii.

Drei an Pergamentstreifen hängende Siegel. — *a)* Beschädigt, ziemlich gross und in weissem Wachs. — St. Nicolaus. — † S. Johanni . . . . bani D . . . enberch. *b)* und *c)* Die Siegel Peter's und Johann's von Rosenberg in rothem Wachs wie in CIV. und CXIV.

CXLVIII.

1377. 24. Juli. O. AO. — *Anna von Lipa, Schwester der Herren Ulrich und Hermann von Neuhaus, verkauft dem Marquard von Mödling das Dorf Buggaus um 266 Schock Prager Groschen.*

Nos Anna de Lipa tenore presencium publice recognoscimus vniuersis, quod matura deliberacione prehabita ac nostrorum amicorum de consilio et consensu rite et legitime ac iusto vendicionis tytulo vendidimus necnon vendimus per presentes discreto clienti Marquardo dicto Metlyn suis heredibus et successoribus vniuersis villam nostram dictam Bukausk cum omnibus et singulis ad ipsam spectantibus, videlicet siluis pratis pascuis aquis venacionibus piscationibus agris cultis et incultis plenoque dominio ad eandem pertinente, per ipsos tenendam et habendam in antea perpetuis temporibus libere et hereditarie possidendam, pro ducentis et sexaginta sex sexagenis grossorum Pragensium, quas quidem pecunias nos percepisse fatemur integraliter et in toto, promittentes dictis Marquardo heredibus et successoribus suis vna cum fideiussoribus nostris fratribus dominis Vlrico et Hermanno de Nouadomo prefatam villam a quolibet homine ipsam impetente secundum conswetudinem regni Bohemie disbrigare. Nos vero Vlricus et Hermannus fratres de Nouadomo recognoscimus, nos fore veros et legitimos dicte ville in Bukausk disbrigatores, in casu autem, vbi pretactam villam, ut prefertur, non disbrigaremus secundum conswetudinem regni Bohemye, extunc pertinentie singule et vniuersi dicte ville, quantum se extendunt, tantum dicto Marquardo heredibus et successoribus suis in nostra libera hereditate et plus tercie partis in augmento debemus condescendere tam diu, quousque dictis Marquardo heredibus et suis successoribus dictam villam cum omnibus suis pertinentiis, vt premittitur, debite et finaliter disbrigemus; quod si non faceremus, extunc quandocumque per predictum Marquardum heredes seu suos successores moniti fuerimus, tunc quilibet nostrum vna cum prefata

Digitized by Google

domina Anna sorore nostra vnum clientem honestum cum vno famulo et duobus equis loco nostri in ciuitatem Budways ad obstagium mittere debemus ad hospitem per pretactum Marquardum heredes et successores suos nobis deputatum, ibidem obstagiaturi et abinde non exire, quousque sepefatis Marquardo heredibus et suis successoribus plenarie fuerit satisfactum. Elapsis vero quatuordecim diebus nobis obstagiantibus uel non tunc predictus Marquardus heredes aut sui successores plenam et omnimodam habent potestatem, prefatas ducentas et sexaginta sex sexagenas cum augmento tercie partis, prout superius est expressum, conquirere inter Christianos vel Judeos; nostrum super dampnum et omne dampnum, quod ex eo perciperent, promittimus ipsis plene et totaliter resarcire. Et quicumque hanc litteram de prefati Marquardi heredum et successorum suorum bona habuerit voluntate, eidem competit jus omnium premissorum. In cuius rei robur et euidens testimonium nos Anna Vlricus et Hermannus prescripti sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo in vigilia beati Jacobi apostoli.

Drei kleine, an Pergamentstreifen befestigte Siegel in rothem Wachs. — *a)* Auf einem dreieckigen Schilde zwei kreuzweise gelegte Zweige. — † S. Anne . De . Lipe. *b)* Einen Schild, worauf eine fünfblättrige Rose, bedeckt ein mit einer Rose gezierter Helm; auf der rechten Seite des Siegels ist ein W und darüber eine Krone mit vier Zinken. — † S . Vllrici . Ivvenis . De . Novadomo. *c)* Einen leeren dreieckigen Schild deckt ein Helm mit einer fünfblättrigen Rose; der Grund ist mit Kreuzchen ausgefüllt. — † S . Hermanni. D . Novadomo.

CXLIX.

1377. 15. August. O. AO. — *Marquard von Mödling überträgt auf den Abt und Convent des Klosters zu Hohenfurt alle seine Rechte an dem Dorfe Buggaus.*

Ego Marquardus dictus Metlyn tenore presencium publice recognosco, quod omne jus, quod hactenus vna cum heredibus meis in villa Bukauxs habui, quam a nobili domina Anna de Lypa cum omnibus suis pertinenciis iusto empcionis tytulo comparaui, prout in littera super hoc confecta plenius continetur, idem ius in religiosos viros dominos abbatem et conuentum monasterii Altiuadensis presentibus transfero et transfundo pretacto juri cum heredibus meis penitus renuncians et omnino. In cuius rei robur et euidens testi-

Digitized by Google

monium sigillum meum presentibus est appensum et in testimonium lucidius sigilla dominorum meorum nobilium Petri et Johannis de Rosenberg necnon famosorum clientum Nicolai de Malotyn Nicolay de Rzebnowytz presentibus sunt appensa. Datum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo die assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Vier kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel *a* und *d* in weissem, *b* und *c* in rothem Wachs. *a)* Ein Helm, dessen Zierde eine Frauengestalt. Vergl. CXII. *d.* Auf der rechten Seite überdies ein Baum (?) . — † S . Marqvard . D. [Lieczew?]. *b)* und *c)* Die bekannten kleinen Siegel Peter's und Johann's v. R. *d)* Ein Helm, dessen Zierde in einer menschlichen nicht näher bestimmbaren Gestalt besteht. — † S . Nicolai . D . Malotin . . . *e)* Das Siegel des Rzebnowitzer's fehlt.

CL.

1377. 2. December. Trzebon. — *Benesch Propst und der Convent des Augustinerklosters in Wittingau treten mit dem Abte Otto und dem Convente des Cistercienserklosters zu Hohenfurt in Confraternität.*

In nomine domini amen. Omnes enim vnum corpus secundum apostolum sumus in Christo, debemus ergo karitatis operibus, que sola sunt profutura, frequenter intendere, ne scindamur ab huius corporis vnitate, que magis pro illis fiunt necessario, qui iam extra statum merendi positi penarum transeuncium subduntur rigori. Proinde nos frater Benessius prepositus cum toto conuentu monasterii sancti Egidii canonicorum regularium in Trzebon alias in Wytignaw ordinis sancti Augustini Pragensis dyocesis vobis venerabilibus in Christo patribus et dominis ac viris spiritu vtique ad alta volantibus domino Ottoni abbati presenti ac successoribus eius futuris et suo deuotissimo conuentui in Altouado ordinis Cisterciensis vniuersis ac singulis tam presentibus quam futuris concorditer de capitoli nostri consensu damus et concedimus in vita pariter et in morte nostrorum ac vestrorum successorum per tempora perpetua duraturam plenam ac perfectam deuotamque in deo et inconwlsam confraternitatem et participacionem cunctorum spiritualium bonorum, vt missarum orationum abstinenciarum vigiliarum elemosinarum omniumque virtutum salutarium, que in domo nostra per presentes atque futuros diuina dignabitur clementia operari, specialiter nichilominus nos obligantes ob eiusdem karitatis vicissitudinem, vt cum fratris vnius vel plurium domus vestre dies obitus, quem dominus

Digitized by Google

felicem faciat, nostre domui fuerit intimatus, cum solempni obseruancia ordinis nostri omnia et singula humiliter in missis vigiliis defunctorum oracionibus et aliis piis operibus suis nominibus nuncupatis suffragia, sicut pro nostris specialibus fieri consuetum est, secundum ordinis nostri statuta salutaria peragemus. In premissorum omnium testimonium nostrum et conuentus nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum in monasterio Trzebon anno domini M° CCC° septuagesimo septimo secunda die mensis Decembris.

Zwei an Pergamentstreifen hängende, beschädigte Siegel. *a)* Nicht sehr gross, in grünem Wachs. — Ein Abt mit Stab und Buch. — . S . Benesii· Prepositi . Dom . . . g . [stini?] . Trzebon . Als . In . Wit . . . *b)* Von ansehnlicher Grösse und in weissem Wachs. — Ein mit einer Bischofsmütze bedeckter Mann in langem, wallendem Kleide und auf einer Bank sitzend, mit einem Buche in der Linken, woraus er drei vor ihm knieenden Knaben vorzulesen scheint. (St. Augustin?) Zu seinen Füssen ein kleiner Schild mit der bekannten fünfblättrigen Rose. — † S . Conuentus . . . . (nicht lesbar) Trzebon . Al' . In . Witignov.

CLI.

1378. 15. Februar. O. AO. — *Die Brüder Peter und Johann von Rosenberg verkaufen dem Pfarrer Johann von Rosenberg und der Rosenberger Kirche den Zins vom Kothof um 21 Talente Wiener Pfenninge.*

In nomine domini amen. Sepe enim periret temporale negocium, nisi illud affirmaret ascripcio et firmacio litterarum. Igitur nos Petrus et Johannes fratres germani de Rosenbergh vniuersis et singulis recognoscimus publice profitentes presencium per tenorem, quia cum viginti duo talenta denariorum Vienensium, pro quibus curia in villa Quasow ad capellam sancte Katherine in Rosenbergh pertinens vendita fuerat, in nostram reposita fuerant protestatem, nobis per discretum Johannem protunc parrochialis ecclesie ibidem in Rosenbergh rectorem instanter extitit supplicatum, quatenus in augmentum redituum dicte capelle censum curie nostre wlgariter „blatny dwor“ nuncupate supra ciuitatem Rosenbergh secus viam, que ducit in Rychnow, situate, quam protunc incola Jessco dictus Walessa possidebat, vendere dignaremur. Nos vero perpendentes diuinum cultum ac ipsius capelle profectum per hoc ampliari ipsius precibus vtpote rationabilibus annuentes dictum incolam sev censualem hominem pretacte curie singulis annis duodecim solidos denariorum Vyenensium diuisim nomine veri census soluentem, maturo

Digitized by Google

super hoc prehabito consilio ipsi Johanni in Rosenbergh plebano suisque successoribus ac ecclesie in Rosenbergh pro capella sancte Katherine ibidem jure hereditario iuste et legittima vendidimus pro viginti vno talentis denariorum Wyenensium predictorum, que in parato et integraliter fatemur percepisse, omne jus, quod nobis super ipsius curie censu competebat, in ipsum Johannem plebanum et successores suos ammodo transferentes, promittentesque bona fide nostro nostrorumque successorum nomine huiusmodi emptionem a quolibet impetente seu impetere volente iuxta ritum et formam juris terre Bohemie hactenus obseruatos disbrigare ac omnimode libertare, dantes in testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum appensione roboratum. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo in crastino sancti Valentini martiris gloriosi.

Über die Siegel siehe CIV. und CXIV.

CLII.

1378. 3. April. Krumau. — *Nikolaus genannt Plachta von Payreschau weist seiner Gemahlin Katherina von Kuchlitz 65 Talente zu Widerlage auf seinen Gütern in Payreschau an.*

Ego Nicolaus dictus Plachta de Barssow tenore presencium recognosco vniuersis, quia Nicolaus filius Peraslini de Chuchlecz pro dotalicio sororis sue vxoris mee Katherine michi viginti quinque talenta denariorum Vyennensium asignauit. Ego vero prefate conthorali mee Katherine in omnibus bonis meis mobilibus et immobilibus que ibidem in Barsszow habeo, sexaginta quinque talenta veri dotalicii dedi et asignaui preter mediam sexagenam redituum, quam in eadem villa Barsszow super villano meo, qui Szrathnus dicitur, Gyte sorori mee prius tradidi et deputaui; alia vero omnia bona mea mobilia et inmobilia in villa mea Barsszow vxori mee pretacte do et asigno litteram per presentem, etiamsi valor eorumdem bonorum et rerum excederet taxam sexaginta quinque talentorum Vyennensis et Patauiensis monete denariorum, omne jus, quod in ipsis bonis et rebus habui, in ipsam Margaretham conthoralem meam transferendo, tali tamen sub condicione, quod si mee heredes legittimos contingeret generare, tunc ipsa conthoralis mea solum sexaginta quinque talenta in hereditatibus meis sepetactis obtinebit, reliquum vero quidquid habeo uel habuero, ad ipsos pueros meos omni absque con-

Digitized by Google

trouersia et lite pertinebit. In cuius rei euidenciam et roboramentum sigillum meum presentibus duxi appendendum et pro maiori testimonio ad peticionem meam sigilla discretorum virorum Vlrici dicti Drochouecz de Omleniczka et Johannis dicti Zizka de Trucznow presentibus sunt appensa. Datum Chrumphnaw sabato ante dominicam „Judica" anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Ein Helm mit dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes. — † S. Mikes . Pliega . z . Barosowicz. *b)* Ein Helm mit Hut, daran zwei Hörner. — † S . Vlrici . De . [Omleniez?]. *c)* Ein Schild, worauf ein Fisch. — Millauer sieht in diesem Zeichen einen Krebs — darüber ein Helm mit demselben Zeichen zum Schmucke. — † S . Johanis . D . Tr . . . ov. Dieses Siegel ist leider schlecht abgedruckt.

CLIII.

1378. 21. April. O. AO. — *Die Brüder Peter und Johann von Rosenberg erlassen dem Abte Otto und dem Convente des Stiftes Hohenfurt von dessen Eigen in Liebenthal die Lehenspflicht.*

Nos Petrus et Johannes de Rosenbergh tenore presencium constare volvmus vniuersis, quod cvm nobis per honorabilem dominum Ottonem abbatem ac religiosos fratres conuentus monasterii nostri Altiuadensis pie propter deum foret supplicatum, quatenus hereditatem, quam a Benesio de Quassow in villa Lyebintail comparauerunt, in qua tres homines eorum censuales resident, qui ipsis pro censibus ac aliis juribus vniuersis tria talenta cum tribus solidis et sedecim denariis denariorum Wienensium de eisdem hereditatibus soluere obligantur, a omagio wlgariter lehen dicto, quod nobis in eadem villa competere dinoscitur, suportare dignaremur et libertare, vt eo obligaciores se pro nostris nostrorumque predecessorum animabus aput deum omnipotentum exhiberent interpellatores; asserentes nichilominus se super tali libertacione hereditatis antedicte nostram antea litteram habuisse roboracionis eamque per dominum Vlricum fratrem nostrum cassatam extitisse ac demum omnimodo perdidisse nobisque precibus intimis humiliter supplicantes, vt eandem gratiam libertacionis antedicte hereditatis ab ipso omagio diuine remuneracionis ob respectum restaurare dignaremur gratiose. Nos igitur amore dei omnipotentis eorum precibus inclinati ac per hoc cultum diuinum augmentare cupientes sepetactam hereditatem mo-

Digitized by Google

nasterii Altiuadensis antedicti in prefata villa Lyebintayl ab oneracione omagii prelibati omnimode liberam reddimus et solutam dantes ei in testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum appensione munitum. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo feria quarta ante festum sancti Jeorii martiris gloriosi.

Über die Siegel siehe CIV und CXIV.

CLIV.

1379. 7. Mai. Prag. — *Der Cardinalpriester Pileus verleiht auf Bitten der Brüder Peter und Johann von Rosenberg dem Kloster zu Hohenfurt eine Indulgenz.*

Pileus miseracione diuina tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis ad infrascripta apostolica auctoritate suffulti vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperancium tunc precipue pio fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur, ac Christi fideles eo libencius ad deuocionem confluent, quo ibidem vberius dono celestis gracie conspexerint se refectos. Cum igitur dilecti in Christo Petrus prepositus capelle omnium sanctorum in castro Pragensi et Johannes fratres germani barones regni Bohemie ad monasterium in Altowado ordinis sancti Bernhardi Pragensis diocesis, quod per Henricum bone memorie awum ipsorum est fundatum, specialem gerunt affeccionem et deuocionem, nobisque humiliter supplicarunt, ut pro deuocione ipsius augmentanda spiritualia munera largiri dignaremur, nos igitur, dictis supplicacionibus fauorabiliter annuentes de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate predicta confisi omnibus veri penitentibus et confessis, qui pro anima dicti Henrici fundatoris monasterii pie dicti ac aliorum predecessorum suorum deuote orauerint, pro qualibet tali deuota oratione cuilibet oranti semel in septimana quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis prelibata auctoritate misericorditer relaxamus. Datum Prage Non. Maii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia pape vi. anno secundo.

Jo. Bouenhert (?).

Digitized by Google

Auf dem Umbuge der Urkunde: vm. R. S., unter demselben: $\frac{3}{C_J}$. Sehr schönes, grosses, an grüner Seidenschnur hängendes Siegel in rothem Wachs. — Fünf Capellen, in deren unterster ein betender Bischof, zu dessen beiden Seiten Wappenschilde mit einem Querbalken oben und fünf Lilien (?) unter demselben. — S . Pilei . Tt . Sce . Praxedis . Presbri . Cardinalis.

CLV.

1379. 7. Mai. Prag. — *Derselbe verleiht auf Bitten derselben dem Kloster zu Hohenfurt, dann der Kirche zur heiligen Maria Magdalena und dem Elisabethenspitale bei dem genannten Kloster einige Indulgenzen.*

Pileus miseracione diuina tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis ad infrascripta apostolica auctoritate suffulti vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia uota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperancium tunc precipue pio fauore prosequitur, cum ipsorum deuota humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur, ac Christi fideles eo libencius ad deuocionem confluent, quo ibidem dono celestis gratie conspexerint se refectos. Cum igitur dilecte in Christo Petrus prepositus capelle omnium sanctorum in castro Pragensi et Johannes fratres germani de Rosemberg barones regni Boemie ad monasterium in Atowado ordinis sancti Bernhardi et ecclesiam sancte Marie Magdalene in porta ipsius monasterii ac hospitale sancte Elizabeth in foribus eiusdem monasterii situatum Pragensis diocesis specialem gerunt affectionem et deuocionem, prout accepimus, nobisque humiliter supplicarunt, ut pro deuocione ipsius augmentanda spiritualia munera largiri dignaremur, nos igitur dictis supplicacionibus fauorabiliter annuentes de omipotentis (sic) dei misericordia ac sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate predicta confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui dictum monasterium et ecclesiam ac hospitale deuote uisitauerint in festiuitatibus infrascriptis, videlicet natiuitatis resurrectionis ascensionis domini nostri Jesu Christi penthecosten ac corporis Christi et in singulis festiuitatibus beate Marie virginis ac sanctorum apostolorum necnon quatuor doctorum Ambrosii Augustini Jeronimi Gregorii necnon patronorum ac dedicacione dicti monasterii et ecclesie ac hospitalis, pro cuiuslibet dictorum locorum uisitacione centum dies de iniunctis eis

Digitized by Google

penitenciis prelibata auctoritate misericorditer relaxamus. Datum Prage Non. Maii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani prouidencia pape VI. anno secundo.

Jo. Bouenhert (?).

R. S.

In Betreff des Siegels siehe die vorhergehende Urkunde.

CLVI.

1379. 27. November. O. AO. — *Buschko von Poříč bekennt sich hinsichtlich der von ihm erworbenen Mühle in Payreschau zum Zinsholden der Herren in Hohenfurt.*

Ego Bussko de Porzieczie tenore presencium recognosco vniuersis, quia molendinum, quod in bonis dominorum de Altovado in Borsszow villa ipsorum teneo, in verum jus emphiteocitum (sic), quod chaufrecht wlgariter dicitur, comparaui, de quo ipsi monasterio annuatim pro vero censu in festis sanctorum Jeorgii et Galli triginta sex grossos cum quatuor denariis Wiennensibus diuisim, videlicet in festo sancti Jeorgii decem et octo grossos cum duobus denariis et in festo sancti Galli totidem, teneor censuare, recognoscens me cum eodem molendino verum ipsorum existere censualem, sic quod ipsi in me prout in aliis suis censualibus quantum ad illud molendinum plenum dominium exercere. In cuius rei robur et euidenciam sigillum meum et pro maiori testimonio sigilla amicorum meorum dominorum Benessii et Przibikonis de Kremza presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono dominica proxima post festum sancte Katherine virginis gloriose.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. Alle drei zeigen einen Helm, dessen Zierde eine Pfeilspitze. *a)* † S . Bvsconis. De . Porsye[z?]. Einige Buchstaben sind verkehrt. *b)* Beschädigt. † S . Benesi . . . *c)* Beschädigt. † S . Prsib . . conis . De . Crems.

CLVII.

1380. 25. Jänner. O. AO. — *Peter und Johann, Brüder von Rosenberg, wiederholen an das Stift und Spital zu Hohenfurt die Schenkung der Dörfer Nesselbach, Einsiedl und Konradschlag, vermehren dieselbe mit dem Dorfe Lahrenbecher und bestimmen die Leistungen, zu denen das Stift dem Spitale gegenüber verpflichtet sei.*

In nomine domini amen. Ne humani actus operum precipue pietatis sub decursu temporis per maliciam seu quamcumque aliam

Digitized by Google

hominum negligenciam a memoria euellantur, necesse est, eos maxime scripturarum testimonio frequencius renouare. Quamobrem nos Petrus et Johannes fratres de Rosemberg ad vniuersorum noticiam volumus deuenire, quod ex salubri mentis feruore fideliter cupientes, ne nobilis domini domini Petri de Rosemberg genitoris nostri et Katherine conthoralis sue genitricisque nostre karissime ac aliorum nostrorum predecessorum feruor deuocionis ac caritatis zelus, quem erga monasterium in Altowado fratrum sancti Benedicti ordinis Cisterciensis et precipue erga hospitale, quod prefatus genitor noster iuxta prefatum monasterium pro pauperibus nutriendis, ut inferius patebit, in Christi et sue matris nomine erigendo de nouo suis liberis bonis fideliter dotauit, ac in ceteris operibus caritatis necnon in suarum elargicione elemosinarum deuocius in vita et in morte finaliter habuerunt, per quemcumque modum aut formam in obliuionem deducatur, sed ut ipsorum nostrorum predecessorum omnium in anniuersariis et singulis priuatis et generalibus deuocionibus per fratres in dicto monasterio deo famulantes necnon per pauperes in prefato hospitali decumbentes memoria in deo vigilancior iugiter habeatur: omnia priuilegia prefati hospitalis statum dotacionem et aliam ipsius disposicionem necnon et predictorum fratrum quasdam speciales pitancias singulariter tangencia anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo in die conuersionis sancti Pauli vidimus legimus sana non rasa nec violata sed in omni suorum parte integra invenimus, quorum priuilegiorum clausulas puncta et articulos validiores et in omni parte plus necessarios ad cautelam monasterio et hospitali prefatis summe competentes huic littere non inmerito fidelissime duximus introponi. In quorum priuilegiorum vno continebatur, quod prefatus genitor noster dominus Petrus de Rosemberg dedit et assignauit perpetue possidendam dicto monasterio in Altowado villam Neslboch cum aratura et pomerio eidem ville adiacente cum omnibus juribus atque agris cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus rubetis montibus planiciebus emolimentis censibus aliisque vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, que nunc ibi sunt aut fieri poterint in futurum, ita ut predicti fratres in prefato hospitali sex pauperes enutrire et tenere debeant per modum et formam, que inferius annotantur. Insuper in dicto priuilegio prefatus genitor noster disposuit, ut die sancti Kalixti anniuersarius suus in sepedicto claustro singulis annis solempnius peragatur sic videlicet, ut vigilie

Digitized by Google

maiores ad vesperam decantentur et in crastino dominus abbas, nisi legittima causa prepeditus fuerit, missam summam debeat celebrare, reliqui vero fratres sacerdotes, quotquot fuerint, missas dicere non negligant eodem die pro anima sua ac suorum omnium predecessorum et omnium fidelium defunctorum, ut tenentur. Eodem die prandium cum pitanciis in refectorio singulis laucius porrigatur ducentis quoque pauperibus, eodem die victus pro vna uice tribuatur, vnicuique vnum denarium Wienensem tribuendo iniungentes eisdem pauperibus, ut anime sue ac predecessorum suorum et omnium fidelium defunctorum in suis orationibus memorentur. Ceterum idem genitor noster rogat et hortatur, ut omnes monachi tam clerici quam laici singulis diebus in suis specialibus deuocionibus ob respectum diuine remuneracionis sui dignentur perpetue memorari. Hoc autem faciendum perpetue sic conscienciis abbatis et prioris loci predicti committimus, quodsi aliquid de prescriptis obmiserint, quatenus sciant, se penam, qua nos ratificarunt, incurrisse et rationem de hoc in die iudicii reddituros. Preterea in secunda dicti monasterii priuilegiorum littera legendo inuenimus, quod nos Petrus et Johannes prefati necnon Jodocus et Vlricus fratres, dum adhuc indiuisi essemus, antefato monasterio seu hospitali dedimus et perpetue assignauimus vnam villam Aynsidel nominatam, quam pro centum viginti quatuor sexagenis grossorum comparauimus cum omni vtilitate ac toto dominio ad eam pertinente adiungendo vnam libram denariorum Wyenensis monete perpetui census in theloneo nostro Rosemberg, primos denarios recipiendos, pro animabus dilecte genitricis nostre domine Katherine de Rosemberg et domine Margarethe de Baworow amitte nostre felicis recordacionis cum condicionibus infrascriptis, ita videlicet ut tercio die post festum sancti Ambrosii in anniuersario prefate genitricis nostre vigilie maiores de vespere et in crastino misse cantate et lecte cum aliis cerimonialibus obseruationibus singulis annis per fratres tam clericos quam layos fideliter et solempniter obseruentur, ut in anniuersario genitoris nostri extat superius annotatum. Illo namque die fratribus ad refectorium pro prandio seu pitancia vna sexagena grossorum et pro prandio quindecim pauperum, qui ipso die nutriri debentur (sic), octo grossi annis singulis efficaciter tribuantur. Insuper secunda sexagena de redditibus prefate ville Aynsiedel in singulis quatuor temporibus fratribus ad conuentum per vnum fertonem diuidenda pro pitanciis tribuatur, ita tamen quod

Digitized by Google

in illis quatuor temporibus vno die quilibet fratrum pro anima ipsius domine genitricis nostre dicat septem psalmos penitentiales cum letania et in missis suis piam eiusdem memoriam habere tenebuntur. Idem dispositum et ordinatum est, ut tercio die post sancti Viti dies anniuersarius prefate amitte nostre domine Margarethe de Baworow in omnibus cerimoniis et aliis solempnitatibus, ut in exequiis funeralibus fundatorum prefati monasterii fieri est consuetum, per abbatem et fratres clericos et laicos in vigiliis et missis ac orationibus cum summa deuocione et diligencia peragatur et fratribus ad conuentum pro prandio eodem die vna sexagena grossorum et pro prandio triginta pauperum semel nutriendorum duodecim grossi assignentur et ipsis triginta pauperibus post refectionem cuilibet vnus denarius Wyenensis caritatiue in domino porrigatur. Residuus vero census prefate ville Aynsidel in vtilitatem et vsum pauperum dicti hospitalis fideliter reseruetur, super quo censu quatuor pauperes duo videlicet pro anima genitricis nostre et duo pro anima amitte nostre in prefato hospitali nutriendi et tenendi graciosius augeantur per modum similiter et formam, ut inferius continetur. Ceterum in tercia littera vidimus, quod nos Petrus Vlricus et Johannes fratres prefati de Rosemberg, dum adhuc diuisi non essemus, prefato monasterio et hospitali pro anima beate recordacionis domini Jodoci de Rosemberg fratris nostri karissimi ac pro finali ipsius testamento vnam villam dictam Chunratslag cum omnium et singulorum fructuum redituum ac prouentuum vniuersa vtilitate ad eam singulariter uel generaliter spectante contulimus dedimus et efficaciter assignauimus, prefatam villam per fratres dicti monasterii regendam et perpetue possidendam, ita tamen, quod in die anniuersario memorati fratris nostri omnia et singula, que in celebracione anniuersariorum dicti monasterii fundatorum in cultu diuino per fratres clericos et laycos et in refectione fratrum consueuerunt, singulis annis in die sancti Johannis baptiste et in crastino deuocius obseruentur, et in ipso die sexaginta pauperes cum cereuisia et pane fideliter pascantur, ipsorum cuilibet per vnum denarium Wyenensem largiendo; et super censu residuo prefate ville Chunratslag pro anima prefati fratris nostri domini Jodoci clare memorie in antedicto hospitali duo pauperes perpetuo augeantur, qui pauperes cum aliis supradictis in ipso hospitali teneri et foueri debent, uelut postea lucidius exprimetur. Nos insuper Petrus et Johannes sepefati de Rosemberg cupientes iuxta

Digitized by Google

ewangeliste consilium licet inmeriti amicos nobis de iniquitatis mammona celestes efficere ac de terrena substancia per pietatis studia quamuis modica thezauros inmarcescibiles in celestibus aggregare, et vt nostri in predicto loco per fratres et pauperes in vita nostra et post mortem inpressior et zelancior habeatur memoria, prefatis monasterio et hospitali villam nostram hereditariam wlgariter Larenpecher nuncupatam cum duobus molendinis et piscina ad eam pertinentibus, que omnia simul pro censu et quauis alia vtilitate annuatim soluunt duodecim libras et tres solidos Wyenensium denariorum, cum agris cultis et incultis pratis pascuis rubetis iudicio et dominio ac qualibet alia libertate ad predictam villam in omnibus suis metis diuisim uel generaliter quocumque modo spectantibus conferimus donamus et per presentes perpetuo resignamus cum condicionibus hic notabiliter sub expressis, ita videlicet quod ad votum et voluntatem nostram et omnium successorum nostrorum dominorum tamen de Rosemberg abbas prefati monasterii in Altowado vnum de suis confratribus, quemcumque protunc domini de Rosemberg duxerint eligendum, prefato hospitali et pauperibus in procuracione efficiat et disponat, cui idem abbas sub inveccione et districcione obediencie sancte mandet strictissime et iniungat, quatenus idem frater seu procurator predicti hospitalis omnes defectus detracciones et iniuriosas abrogaciones, si quas predictus abbas uel suus conuentus pauperibus prefatis inferre quouis modo uel irrogare iniuriose aliqualiter conarentur, ad audienciam dominorum de Rosemberg nostrorum successorum per se uel per aliam personam aut per scriptum deferre valeat atque possit, in hoc timorem et disciplinam seu rigorem abbatis et ordinis sui nichil penitus formidando, ut idem frater seu hospitalis procurator consilio dominorum pro tunc de Rosemberg et auxilio mediante tales iniurias per abbatem uel suos fratres ipsis infirmis illatas per hunc modum ammouendo saltim valeat propulsare. Idem eciam procurator seu frater de diligencia et fidelitate circa predictos pauperes et hospitale per ipsum seruanda ad nostras et nostrorum successorum dominorum de Rosemberg manus promissum et fidem faciat sine fraude de mandato et obediencia sui conuentus et abbatis. Denique ordinamus et volumus, ut in prefato hospitali superius nominati vndecim pauperes et pro duodecimo paupere vna honesta et prouida ancilla, que ipsis pauperibus in omnibus eorum necessitatibus seruire et administrare valeat, caritatiue

Digitized by Google

teneantur et in domino foueantur perpetue in hunc modum, ita videlicet ut ipsis duodecim personis de coquina familie domini abbatis omnibus diebus omnia fercula communia, uelut ipsius domini abbatis seruitoribus dari et ministrari consueuerunt, sine quauis diminucione in perpetuum tribuatur, in melioracionem vero qualibet septimana, qua carnes a ceteris Christi fidelibus manducantur, triginta duo Wyenenses denarii ipsis pauperibus cum scitu eorum procuratorio pro carnibus emendis recentibus assignentur. Et omnibus diebus ieiuniorum statutis ab ecclesia ad ieiunandum et consuetis omnibus pauperibus in communi vnam libram puri olei papaueris uel canapi tribuendo cuilibet pauperi per vnum allec singulariter uel equiualens ferculum, si alleca sine fraude nullo modo possent haberi, ipse abbas de predicta sua coquina assignari mandet fideliter et disponat. Insuper volumus et ordinamus, quod ipsis pauperibus ad braxandam specialiter ceruisiam sex bona ordeacea brasea de humulo, quantum ad ipsa brasea necesse fuerit, ad requisicionem suprascripti procuratoris annis singulis tribuantur, quod et ipsa ceruisia per familiam et seruitores domini abbatis in suo braxatorio braxata demum ad mandatum procuratoris per eosdem seruitores ad celare pauperum deportetur, ac singulis annis cuilibet infirmorum pro lineis vestibus quinque vlne cum dimidia in festo sancti Georgii erogentur necnon vnicuique lecto infirmorum infra duos annos de nouem vlnis eiusdem linei panni pro duobus lintheamibus (sic) in festo sancti Georgii prouideatur. Et similiter infra duos annos cuilibet infirmorum sex vlne grisei panni de lana facti pro tunica uel palio in festo sancti Wenczeslai tribuantur, cuius panni vlnam ipse abbas pro decem et septem denariis debet minime comparare. Ceterum volumus, ut sex vacce pro speciali emendacione et melioracione ipsorum pauperum in hyeme per fenum et stramina, in estate vero per pastorem dicti abbatis seruando debent fideliter enutriri. Si vero predictarum vaccarum aliqua uel earum plures mortue fuerint, ad restauracionem ipsarum prefatum abbatem nolumus (?) obligare. Et quidquid in supplemento predictorum omnium statutorum per abbatem uel suum conuentum neglectum uel abstractum fuerit, hoc prefatus procurator ipsius hospitalis sine omni timore sui abbatis et conuentus salua consciencia et sui ordinis rigore ad nos seu nostros successores dominos de Rosemberg deuolucre et deferre poterit, nelut extat superius lucide declaratum. Vltimo in vna littera vidimus, quod nostri

Digitized by Google

antecessores in fundacione prefati monasterii veras decimas de suis araturis in villa Hlawatecz prope Podiehus ipsi monasterio perpetuo assignauerunt, pro quibus decimis in forma cambii et permutacionis prefato monasterio in quinque laneis in villa nostra Humpno quinque sexagenas grossorum et decem pullos anni et perpetuis census assignauimus et dedimus, ipsos laneos cum omnibus suis vtilitatibus pre (sic) sepefatum monasterium perpetuo possidendos, ulla nostra necnon nostrorum successorum instancia non obstante. In quorum omnium euidenciam et robur firmitatis sigilla nostra propria de certa sciencia nostra et pro maiori testimonio sigillum fratris nostri domini Vlrici etiam de Rosemberg presentibus duximus appendenda. Actum et datum anno die et loco quibus supra.

Über die Siegel der Urkundenaussteller siehe CIV und CXIV. Beide sowie das folgende hängen an Pergamentstreifen und sind in rothes Wachs gedruckt. Das Siegel Ulrich's zeigt eine gothische Nische und in derselben einen Schild mit der fünfblättrigen Rose; eine solche dient auch dem den Schild deckenden Helme zur Zierde. — S . Vlrici . De . Roseberg.

CLVIII.

1380. 14. Mai. Krumau. — *Woyslaus von Dubowa verkauft dem Jendlinus von Chwalin den Wald unterhalb des Dorfes Chwalin um vier Schock Prager Groschen.*

Ego Woyslaus de Dubowa tenore presencium vniuersis, ad quos presentes deuenerint, recognosco, quia non per errorem aut inprouide sed sana mentis fretus deliberacione siluam meam, quam habui sub uilla Chwalin proximam totam, discreto Jendlino ibidem de Chwalin meo fratueli dilecto eiusque heredibus pro quatuor sexagenis grossorum Pragensium michi plene solutis legittime uendidi et hereditarie ad perpetuam possessionem libere resignaui, promittens nichilominus sincera fide vnacum discretis viris Prziedotha de Sbynycz Johanne dicto Holeska de Crasticz meis in hac parte condisbrigatoribus dictam siluam jure terre regni Boemie dudum approbato pre impeticione cuiusuis hominis et persone et specialiter pre dotalicio Buzcze vxoris mee post obitum meum ad triennium fideliter disbrigare. Nos quoque Prziedota de Sbinicz Johannes de Crasticz prenarrati dicte silue disbrigatores nos esse profitemur, eandem siluam ab omni impeticione, ut premittitur, exbrigare promittentes,

Digitized by Google

et si quod absit, vnum ex nobis disbrigatoribus, antequam anni disbrigacionis exirent, decedere contingeret, extunc alium equivalentem vice decedentis infra mensem post obitum eiusdem locare et statuere debemus, presencium cum renouacione sub pena trium sexagenarum infra quatuor ebdomadas Jendlino uel suis heredibus soluendarum sub obstagio cum vno famulo et duobus equis in Chrumpnaw prestando iuxta ritum ab antiquo obseruatum. Et sic in singulis quatuor ebdomadis tres eidem Jendlino aut suis heredibus sub premissis penis et obstagiis soluere promittimus sexagenas tam diu, donec equiualentem et condignum disbrigatorem in loco decedentis statuamus sub tali, vt conscribitur, firmitate presencia renouantes. In euentu autem, quo dictam siluam, vt spopondimus, exbrigare non valeremus, tandem in liberis nostris hereditatibus de tantis boni tercia parte adaucta dicto Jendlino uel suis heredibus condescenderes et resignare aut pro eis sex sexagenis grossorum in paratis pecuniis promittimus assignare. Alioquin ob non resignacionem et condescensionem tantorum bonorum nostrorum Jendlino uel suis here dibus au pro eis sex sexagenarum ob non solucionem post vnum mensem a monicione vnus ex nobis disbrigatoribus, qui monitus fuerit, cum famulo et equis duobus in ciuitate Chrumpnaw aput indicatum sib hospitem, prout moris est, prestabit obstagium tam diu, donec sex sexagene grossorum pro non disbrigacione sepedicte silue vna cum dampnis exinde contractis sine juramento de monstratis integre persoluantur et in pleno. In cuius rei testimonium et firmitatem deinceps valituram sigilla nostra vna cum sigillo dicti Vogislay presentibus sunt appensa. Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo feria quarta die sancti Bonifacii*) in Chrumpnaw.

Drei, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Ein Helm mit dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes. — † S . Boislai . De . Dvbo . . *b)* Helm mit einem Halbmond. — † S . Prziedote . D. Zbinicz. *c)* Ein Helm mit zwei sich kreuzenden Hörnern. — † S . Johis . De Crasticz.

*) Kein Fest dieses Namens fällt in diesem Jahre auf eine fer. IV. Der 14. Mai ist eine fer. II.

Digitized by Google

CLIX.

1380. 11. Juli. Krumau. — *Jehlin Pfarrer von Höritz erkauft für sich und seine Nachfolger von dem Abte Peter und dem Convente des Klosters in Hohenfurt ein Haus in Höritz sammt Zubehör an Feldern und Wiesen um 14 und ein halbes Talent Wiener Pfenninge.*

In nomine domini amen. Ego Jehlynus plebanus ecclesie in Herzycz coram vniuersis presencium tenore profiteor publice protestando, me ab honorabilibus et religiosis viris et dominis Petro abbate Martino priore Przybicone celerario totoque conuentu monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis dyocesis Pragensis vnam domum cum agris et pratis ac omnibus aliis utilitatibus vniuersaliter ad eam pertinentibus iuxta domum meam ibidem in Herzicz contigue situatam pro quatuordecim cum medio talentis Wyennensium denariorum pro mea et meorum successorum plebanorum in Herzicz vtilitate et perpetuo dominio vero empcionis titulo hereditarie comparasse condicione tali notabiliter expressa, quod nullus in eadem domo sine speciali licencia et assensu prefatorum dominorum de Altiuado vinum dumtaxat debeat propinare. Eciam quocunque tempore inter quoscunque homines in ipsa domo, quod absit, litigia et dissensiones fierent uel orerentur (sic), ad sedandum et pacificandum eadem iudex uel alius capitaneus opidi prefati ipsam domum manu eciam armata intrando omnes discordes et maleficos arestare poterit et capituare licite in eadem eciam sine mea et meorum successorum omnium uoluntate. Quidquid autem domus prefate pincerna pro emendis talibus uel quibuscunque aliis dare debuerit, hoc non monasterio uel eius iudici aut aliis eorum officialibus sed michi et meis successoribus plebanis in Herzicz tamquam suo proprio dominio tribuere opertebit. In cuius rei robur perpetue duraturum sigillum meum et ad meam instantem supplicacionem nobilium dominorum Petri et Johannis fratrum et dominorum de Rosennbergh et discretorum virorum Hostislay plebani in Chrumpnaw et Johannis plebani de Rosennbergh sigilla pro maiori testimonio presentibus sunt appensa. Datum in Chrumpnaw anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo in die translacionis sancti Benedicti.

Fünf kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, zwar gut erhalten aber schlecht abgedruckt. *a, d, e* in weissem Wachs, *b* und *c* in rothem

Digitized by Google

Wachs. — *a)* St. Katherina mit Rad und Schwert. — † S . . . Plbi . De. Heriez. *b)* und *c)* Siehe CIV und CXIV. *d)* St. Veit. — † S . Hostislai. Pl . . . *e)* St. Nikolaus. — † S . Johannis. Pleb . . .

CLX.

1382. 24. November. Krumau. — *Johann, Pfarrer in Höritz, verkauft Jakoben dem Lederer und dessen Hausfrau Katherina das durch ihn von dem Stifte Hohenfurt in Höritz erkaufte Haus, und zwar ohne Wiesen und Äcker gegen Entrichtung eines jährlichen Zinses von acht Prager Groschen an den jeweiligen Pfarrer von Höritz.*

Ich Johannes zw den tzeiten pfarrer zw Höritz bekenn vnnd vergich offenwar allen leydenn, dy den brieff lesen oder hören lesen, das ich mit wolbedachten muet vnnd mit erberen leyden das hawss, das ich von den geistlichen heren abt vnnd der samlum des klösters zw Hohenfuert mit aller herschafft ledicklich verkaufft hab, den erberen leiden Jackel dem Ledrar vnnd Katherina seiner hawsfrawen erben vnnd nachkemen redlich vnnd rechtlich als puergtzrecht ist verkaufft hab alzo beschaynlich, das der obgenant Jackel vnd sein hawsfraw vnnd nachkömen, dy das hawss besitzen weren, ewicklich al jar acht gr. Prager de. fuer heren dienst mir vnnd meinen nachkomen pfarrer zw Höritz geben vnnd rayhen sol. Vnd was acker vnd wisen zw dem obgenanten hawss iemals haben gehördt, das hab ich dürich notturfftikayt vnd nütz meiner kirchen mir vnnd meinen nachkömen behalten. Vnd wer den brieff haben wiert, der sol alles recht auff dem obgenanten hawss haben als der Jackel, dem diser brieff geschrieben stet. Vnd mit vrkunt ditz brieff, den ich zw einer sicherhait versigelt hab mit meinem anhangenden insigel. Vnd zw einer grosseren tzeugnuss haben wir Hostislaum pfarrer vnd dechant zw Krümnaw vnnd Joannes pfarrer zw Gayaw nach gebet des obgenanten her Hansen pfarrer zw Höritz disen brieff versigelt mit vnnsern anhangenden insigln. Der geben ist zu Krümnaw des jars da man tzalt Christi gepuert treytzehenhundert jar vnnd in dem andern vnnd achtzgisten jar an sant Katherina abent.

Nach einer Abschrift, die dem 16. Jahrhunderte angehört.

Digitized by Google

CLXI.

1383. 8. November. Krumau. – *Peter und Johann von Rosenberg geben dem Kloster in Hohenfurt das Dorf Bretterschlag mit allem Zubehör zu Eigen.*

Ineuitabilis et incertus humane condicionis decursus tantis mutabilitatum vicissitudinibus alternatur, tamque dubiis et inoppinatis euentibus concutitur, vt merito in presentis vite lubricitate non aliis quam piis et bonis operibus insudare debeamus. Hinc igitur naufragiosum mundi labentis statum pretendentes nos Petrus et Johannes de Rosennbergh ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus deuenire, quod diuini cultus augmentum et dilatacionem sicientes pro transitoriisque rebus bona inmarcessibilia comparare cupientes de bonis hereditariis nobis a deo colatis pro animabus nostris nostrorumque progenitorum villam nostram Preterslag dictam cum molendino eidem proxime adiacente monasterio nostre fundacionis in Altouado dedimus et presentibus damus incorporamus condescendimus et resignamus cum vniuersis juribus et pertinenciis suis ac pleno dominio, prout nos ipsi hucusque tenuimus, pacifice et quiete perpetuis temporibus tenendam regendam et possidendam, omne jus, quod nobis in eadem villa et molendino competebat, in ipsum monasterium penitus transfundentes, nec nobis aliquid juris aut proprietatis seu dominii ibidem reseruantes, sic tamen quod occasione huius nostre donationis in Pombergh, que in wlgari Bohemico Babye vocitatur, a solutione decimarum, quas antea dare consueuerat, omnino libera et soluta existat. Et quod fratribus vniuersis ibidem in Altouado manentibus semper in spacio duorum annorum cuilibet eorum de vno scapulerio prouideatur, quia pro illis scapuleriis eis deputauimus tria cum medio talenta denariorum Wiennensium in villa antedicta. Promittimus itaque sincera fide nostra sine dolo pro nobis successoribus nostris vniuersis dictum monasterium in villa sepetacta ac molendino et vniuersis ac singulis ad ea pertinentibus, quibuscunque nominibus censeantur, nunquam verbo uel facto impedire uel inquietare quouismodo, sed pocius proposse nostro tueri defendere et gubernare. In cuius rei euidentiam et roboramentum sigilla nostra propria et pro maiori testi(m)onio sigillum fratruelis nostri Henrici de Rosennbergh presentibus duximus appendenda. Ratum et datum castro nostro Chrumphnaw anno domini millesimo

Digitized by Google

trecentesimo octuagesimo tercio dominica ante sancti Martini confessoris gloriosi.

Über die Siegel der Urkundenaussteller siehe CIV und CXIV. Das Siegel Heinrich's von Rosenberg zeigt einen von einem rosengezierten Helme bedeckten Schild, worauf gleichfalls eine Rose. — † † S. Heynryci. † De . Rosenberk. Sämmtliche Siegel an Pergamentstreifen und in rothem Wachs.

CLXII.

1384. 28. September. O. AO. — *Dieselben schenken demselben das Dorf Gerbetschlag, dann ein Feld bei dem Dorfe Martetschlag und eine Mühle in dem Dorfe Schlagles.*

In nomine domini amen. Acciones quas mundus ordinat eciam in studiis pietatis, sepe maliciosa delet vetustas temporum, nisi roborentur euidenti testimonio litterarum. Quapropter nos Petrus et Johannes fratres de Rosenberch ad memoriam vniuersorum, quibus presens tenor notus fuerit, profitentes publice volumus deuenire, quod licet ad vniuersorum Christi fidelium statum et comodum ac deuocionis affectum nostre dominacionis deuocio gratiose nititur intendere, ad illud tamen, quo diuinus cultus augmentum recipit, pia deuocione vota nostra liberalius se extendunt ad religiosos precipue, qui a primeua sui plantula nostris et nostrorum progenitorum temporalium subsidiis in domino radicati vitam et conuersacionem suam a mundanis vanitatibus sequestrantes in dei cultura se exercendo deum pro nobis et nostris progenitoribus humiliter deprecantur, non impiouide sed sana mentis fruentes racione ad honorem dei omnipotentis et sue matris gloriose omniumque sanctorum suorum gloriam ac ob remedium nostrarum et nostrorum omnium animarum predecessorum honorabilibus et religiosis viris abbati et conuentui monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis dyocesis Pragensis vnam villam Galbrechtslag, octo sexagenas grossorum Pragensium minus sexaginta Wyenensibus annuatim censuantem, et vnum agrum circa villam Martynkow sexaginta denarios Wyenenses annuatim, necnon in villa Slaglaus vnum molendinum, triginta duos denarios duodecim ova vnum caseum et tres pullos annuatim soluentem, donamus conferimus per eosdem perpetuis temporibus cum omni dominio et singulis suis pertinenciis pacifice regendam possidendam et ipsam cum ipso agro ac molendino predictis fratribus et dominis in Altouado presentibus resignantes. Precipimusque virtute presencium seriose, ut de pre-

Digitized by Google

scripto censu sex sexagene grossorum Pragensium fratribus pro cappis subtilibus, in quibus fratres missas peragunt, et quinquaginta grossi fratribus prefatis in die anniuersarii nostri videlicet Petri predicti de Rosennberch pro prandii pitancia singulis annis perpetue assignentur, in eodem nostro anniuersario quadraginta grossos in paruam monetam mutatos infirmis et egenis in hospitali et eorum familiaribus ibidem per duos denarios tribuentes, residuum inter alios pauperes diuidant cum caritate. Ceterum de residuis censibus vnam lampadem in capella sancti Johannis ewangeliste diei et noctis tempore sine intermissione ardentem, et si non sufficerent, tunc de pecuniis prefate pitancie supplentes perpetuo tempore volumus procurari. Nos vero Vlricus et Henricus de Rosennbergh, si nos per mortem aut liberam resignacionem, quod diu dominus auertere dignetur, predictorum fratrum nostrorum bona possidere et occupare contingat, tunc promittimus bona fide et sine fraude, spondemus etiam sub fidei iuramento, quod prefatis fratribus nostris, dum in humanis agerent, ad sanctam prestitimus crucem, omnia premissa rata atque firma inuiolabiliter obseruare. Harum testimonio litterarum quibus sigilla nostra cum prescriptorum fratrum nostrorum sigillis in robur de nostra certa sciencia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto die sancti Wenczeslay.

Vier an Pergamentstreifen hängende Siegel sämmtlich bereits beschrieben.

CLXIII.

1384. 7. December. Hohenfurt. — *Der Erzbischof Johann von Prag verleiht an die Hohenfurter Stiftskirche eine Indulgenz.*

Johannes dei gratia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus et apostolice sedis legatus vniuersis Christi fidelibus salutem et sinceram in domino caritatem. Quia honorabilis vir ac religiosus frater dominus Petrus abbas de Altouado ordinis Cisterciensis nobis humiliter supplicauit, quatenus dona spiritualia siue relaxatiua videlicet munera ac peccatorum remissiones et indulgencias ad ymaginem Marie virginis, per que Christi fideles ad pietatis opera et ad augmentum diuine gratie incitarentur, forcius largiremur, nos igitur considerantes ipsius affectum fore iustum et deificum omnibus vere penitentibus confessis et contris (sic), quicumque prefatum monasterium in

Digitized by Google

Altouado visitauerint et coram prefata ymagine Marie virginis „auc Maria“ septem deuote dixerint siue orauerint, flexis genibus de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli et sanctorum omnium meritis confisi firmiter quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus perpetuis temporibus duraturis. Presencium sub sigillo testimonio literarum. Datum in Altouado anno domini millesimo tricentesimo octugesimo (sic) quarto die septima mensis Decembris.

An einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs. — St. Wenzel in gothischer Nische, beiderseits Wappenschilde. — S . Johnis . Archiepi . Pragn . Apolice . Sed . Legati.

CLXIV.

1385. 21. März. O. AO. — *Benesch und Přibiko von Krems und Přibiko von Chlum verkaufen dem Herrn Johann von Rosenberg zwei Schock vier Prager Groschen Zinse im Dorfe Kamen um 31 Schock Prager Groschen.*

Ego Benessius cum fratre meo germano Przibikone de Krzemze ac alio Przybikone fratre nostro de Chlvm omnes vnanimiter et vna voce constare desideramus vniuersis presencium noticiam habituris, quod bona deliberacione maturoque consilio prehabitis omnes concorditer de bonis nostris hereditariis in villa Kamenn habitis in hereditatibus, quas Peter Griss Hoffuel Jacob Czugwaich et Eblinus incole ville illius possidere dinoscuntur, vendidimus iusto titulo vendicionis nobili domino nostro domino Johanni de Rosennberk duas sexagenas redituum cum quatuor grossis grossorum Pragensium annui et perpetui census cum omnibus juribus vtilitatibus obvencionibus bernis robotis exaccionibus honoranciis causis judicialibus emendis deuolucionibus et generaliter omnibus prouentibus, quibuscunque nominibus censeantur, ac omni pleno dominio, prout nos ipsi tenuimus nichil penitus nobis jurisdictionis aut proprietatis ibidem reseruantes, sed omne jus, quod ibidem habuimus, in ipsum dominum Johannem et eum, qui presentem litteram de sua voluntate habuerit, omnimode transfundentes, pro triginta vna sexagenis grossorum Pragensium, quas illico ab eo percepimus, cum paratis pecuniis integraliter persolutas. Promittimus igitur sincera fide nostra sine dolo omnes manu coniuncta et indiuisa eandem hereditatem cum suo censu preexpresso a quolibet impetente, cuiuscunque status fuerit aut conditionis, jure terre nostre Bohemie funditus et plenarie liber-

Digitized by Google

tare et disbrigare et singulariter a dotaliciis mulierum, si qua in illa hereditate emergerent impedimenta. Et quia nos prefati Benessius et Przibiko de Kremz hereditatem pretactam ad manus nostras tenemus tabulis regni nobis roboratam, ideo ne per heredes aut successores nostros aliqualis in posterum questio suboriatur, promittimus specialiter pro nobis heredibus et successoribus nostris vniuersis, eandem vendicionem firmam et inconwlsam perpetuis temporibus obseruare. Si vero qualiscunque in eo instancia oriretur et eandem hereditatem nos omnes prenominati Benesius et Przibiko de Kremz et Przibiko de Chlum secundum jura terre non exbrigaremus, tunc in aliis nostris propriis liberis et eque valentibus hereditatibus de totidem censibus et cum augmento tercie partis condescendere promittimus et debemus omnibus occasionibus penitus postergatis. Quod si non faceremus, tunc duo nostrum, qui primo moniti fuerimus, vnus alterius per absenciam aut incurabilitatem se penitus excusare non valentes ciuitatem Chrumpnaw intrare debemus, quilibet cum vno famulo et duobus equis ad obstagiandum in hospicio nobis per dominum Johannem aut presencium habitorem deputato, nec exire aliquo jure, quousque omnia prescripta ad effectum finaliter perducamus. Elapsis autem quatuordecim diebus continuis a monicione nobis de obstagio facta prestito per nos obstagio vel non prestito sepetactus dominus Johannes aut possessor presencium pecuniam prefatam triginta vnius sexagenarum cum augmento tercie partis recipiendi inter Judeos seu Christianos nostrum omnium super dampna plenam obtinent potestatem. Nos quoque continue obstagiare sumus astricti, donec de pecuniis preexpressis eciam cum augmento tercie partis ac vniuersis dampnis occasione non solucionis et nostre incurabilitatis quocunque modo contractis, per nos plene et omnimode fuerit satisfactum. Insuper quicunque hanc litteram de domini Johannis bona habuerit voluntate, eidem jus competit omnium premissorum. In quorum omnium euidentiam et roboramentum sigilla nostra propria de certa nostra scientia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto die sancti Benedicti confessoris gloriosi.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a)* in grünem, *b)* und *c)* in weissem Wachs. — Alle drei zeigen einen mit einem Pfeil gezierten Helm. — † . (?) Benesivs . D . Crmsa. — † S . Prsibiconis . De . Cremso. — † S. Przibiconis . De . Chlvm.

Digitized by Google

CLXV.

1385. cc. 24. Juni. O. AO. — *Johann von Rosenberg gibt den Cisterciensern in Hohenfurt im Dorfe Zichrass sechs Lähne und im Dorfe Schild sechs Reute zu Eigen.*

In nomine domini amen. Cuncta que geruntur in tempore, ne simul cum eodem defluant, necesse est, ea scriptorum testimonio roborare. Quamobrem nos Johannes de Rosembergh coram vniuersis tam presentibus quam futuris publice profitentes volumus esse notum, quod in naufragioso statu inter turbines peccatorum laboriosius decertantes adiuuante altissimo portum nitimur cerciorem, iuxta consilium Danielis peccata elemosinis redimendo non per errorem aut inprouide, sed sana mentis vsi racione, ad honorem dei omnipotentis sueque genitricis gloriose virginis Marie et suorum sanctorum omnium laudem et in nostre ac felicis memorie fratris nostri dilectissimi domini Petri remedium animarum venerabilibus et religiosis fratribus ordinis Cisterciensis monasterii in Altouado iugiter deo famulantibus, per nostros predecessores ac progenitores dotato a radice sue fundacionis generosius et erecto, in villa nostra Tyechoraz sex laneos continente, qui omnes pro censu et aliis iuribus minutis quinque talenta sex solidos et viginti denarios soluunt annuatim quinquaginta quinque pullos uel quinque solidos et quindecim denarios ac pro papauere sexaginta denarios, item in villa Schilt sex reyt seu mansos de Kalthprun ipsam villam Schilt intrando in manu dextera ordinarie collocatos et omnes annuatim duas libras et duos solidos denariorum censuantes, dare dignum duximus conferre ac liberaliter assignare prefatas vtilitates sine nostrorum successorum quolibet impedimento tenendum perpetue et habendum, et non per abbatem loci sed per pitantiarium dicti monasterii perpetuis temporibus colligendum, de quo quidem censu idem pitantiarius non alias vtilitates fratrum et monasterii seu pitancie querendo, solum ex hoc nostro singulariter mandato in ecclesia ambitu dormitorio refectuario fratrum noua exstruendo, tecta deinceps tempore succedente in eisdem locis antiqua tecta tenebitur cum diligenti studio reparare. In anniuersario nostro videlicet Johannis antefati de Rosembergh, quod ipsi fratres in dicto monasterio cum vigillis nouem leccionum et alia quauis exequiarum solempnitate velud pro aliis fundatoribus agi solent, perpetuis temporibus peragent, predictus pitanciarius pro

Digitized by Google

fratrum pitancia quindecim grossos ac inter inter communes pauperes non sui hospitalis septuaginta denarios Wienenses et septuaginta panes claustrales fideliter et caritatiue in domino largietur, et de pecuniis eiusdem census antedictus pitantiarius coram abbate et conuentu monasterii singulis annis tenebitur fidelem facere racionem; et quidquid in ipsis rationibus remaneret de pecuniis predictis, hoc pro futuris temporibus ad ipsa tecta reseruare tenebitur pitanciarius antescriptus. Nos uero Vlricus et Henricus de Rosembergh, dum nos per mortem ipsius domini Johannis aut aliam resignacionem quod dominus deus diu auertere dignetur, vnus nostrum, quem predicti fratris nostri karissimi bona occupare ex eius donacione et possidere continget, tunc promittimus bona fide et sincera ac sine fraude, spondemus eciam sub fidei iuramento, quod prefato fratri nostro, dum in humanis ageret, ad sanctam prestitimus crucem, omnia premissa rata atque firma inuiolabiliter obseruare. Harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum cum prescriptorum fratrum nostrorum sigillis in robur et munimen de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinta circa festum sancti Johannis baptiste.

Alle drei Siegel sind schon anderwärts beschrieben worden.

CLXVI.

1385. 6. Juli. O. AO. — *Mikschik von Wesele weist seiner Gemahlin Dorothe zum Leibgedinge hundert Schock Prager Groschen auf seinen Gütern in Wessele, Saphlerzow und Hatzlow an.*

Ego Mikssiko de Wesele recognosco tenore presencium vniuersis, quia bona deliberacione maturoque consilio prehabitis demonstro, dono et presentibus resigno dilecte conthorali mee Dorothee pro dotalicio ipsius centum sexagenas grossorum Pragensium in hereditatibus et bonis meis videlicet in Wessele, in Saphlerzow cum molendino ibidem et in Haczlow cum omnibus, que in illis villis habeo mobilibus et inmobilibus hereditatibus agris pratis siluis pratis (sic) riuis aquis pascuis rubetis et vniuersis ad illa pertinentibus, taliter, ut dicta vxor mea post mortem meam omnia prescripta debeat pacifice possidere, quamdiu permanserit in viduitate. Si vero alium maritum eam accipere contingat, tunc verisimiliter non debet in memoratis bonis aliqualiter impediri vna cum bonis mobilibus que

Digitized by Google

relinquero, vsque dum ei centum sexagene grossorum Pragensium cum paratis pecuniis fuerint integraliter persolute. Preterea nos Jessko et Vlricus fratres germani Mikssiconis de Wesele antedicti promittimus fide nostra bona manuque coniuncta et sub puritate nostre fidei et honoris, quod dictam Dorotheam nunquam in illis bonis impediemus nec debemus aut possumus impedire seu inquietare verbo neque facto, quamdiu perdurauerit, in statu sue viduitatis, et etiam si eundem suum statum immutauerit tunc ipsam etiam non debemus in aliquo in bonis premissis impedire, quamdiu ei cum paratis pecuniis pro dotalicio eius non persoluerimus pretactas centum sexagenas grossorum Pragensium, sed eadem sui dotalicii bona tenemur disbrigare et libertare a quolibet impetente, prout jura terre nostre Bohemie desiderant et exposcunt. In cuius rei testimonium sigillum nobilis domini Johannis de Rosenberk cum sigillo domini Marquardi de Porzessin ad peticionem nostram duximus presentibus appendenda, ac in robur et valitudinem omnium premissorum sigilla nostra propria de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto octava sanctorum Petri et Pauli apostolorum.

Fünf kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* und *b)* sind bereits bekannt, ersteres hier in rothem, das andere in schwarzem Wachs. Die folgenden in weissem Wachs. *c)* Helm mit zwei Hörnern. So auch die folgenden. — † S . Nicolai . De . Wesele. *d)* † S . Johannis . De . Wesele. *e)* † S. Vlrici . De . Wesele.

CLXVII.

1385. 22. Juli. O. AO. — *Die Brüder Peschko, Ulrich und Heinrich von Gywowitz geben den Klosterbrüdern in Hohenfurt ein Talent Wiener Pfenninge Jahreszinses von ihren Erbgütern im Dorfe Horschau.*

Ego Pessko cum Vlrico et Henrico fratribus meis germanis omnes filii Woytiechonis de Gywouicze ad vniuersorum noticiam tenore presencium cupimus devenire, quia bona deliberacione maturoque consilio prehabitis de bonis nostris hereditariis in villa Horssow nostra propria et in hereditatibus trium quartalium lanei, quas hereditates Bartus et Paulus ville illius incole possident, dedimus et presentibus damus ac de facto condescendimus et resignamus fratribus et monasterio in Altouado ad officium pittancie vnum talentum denariorum Viennensium annui et perpetui census cum omnibus juri-

Digitized by Google

bus robotis bernis exaccionibus judiciis et emolimentis (sic) vniversis ac pleno dominio, prout nos ipsi tenuimus nichil nobis juris et proprietatis ibidem reseruantes, sic quod occasione eiusdem census fratres ipsius cenobii pro anima patris nostri karissimi Woytiechonis de Gywouicze antedicti annis singulis semel in anno, videlicet in die sanctorum Symonis et Jude apostolorum, in anniuersario suo tenentur et debent in capella beate virginis sita in cimiterio eorum legere duas missas, vnam de beata virgine et aliam pro anima patris nostri defunctorum, et accendere duo luminaria et tapetem ponere super sepulcrum, prout in aliis anniuersariis facere consueuerunt. Promittimus igitur omnes manu coniuncta et indiuisa eyndem censum a quolibet impetente, cuiuscunque status extiterit, et specialiter a dotaliciis mulierum sufficienter libertare et disbrigare, prout jura terre nostre Bohemie desiderant et exposcunt. Si vero hoc non faceremus, tunc in aliis nostris propriis liberis et equeualentibus hereditatibus de totidem censibus et cum augmento tercie partis, vt moris est, in terra ipsis condescendere promittimus et debemus, omnibus occasionibus et dolositatibus penitus postergatis. Quod si denuo facere non curaremus, tunc vnus nostrum, qui primo monitus extiterit, alterius se per absenciam vel incurabilitatem se minime excusando, cum vno famulo et duobus equis ciuitatem Chrumpnaw intrare debet ad obstagiandum in hospicio sibi per dominos et fratres de Altouado deputato et ibidem continuare nec exire aliquo jure uel occasione, quousque omnia prescripta per nos plene et integraliter fuerint adimpleta. In cuius rei euidenciam et roboramentum sigilla nostra propria de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto die sancte Marie Magdalene.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* und *c)* Ein Helm, dessen Zierde das Brustbild eines Mannes, der über dem Haupte ein Schwert schwingt. — † S . Peski . De . Gi[y?]wowicz. — † S. Henrici . De . Giwowiez. *b)* Ein Helm, dessen Zierde das Brustbild eines Ritters, der in der Rechten ein Schwe rt hält. — S . Vlrici . De . . iwovicz.

Digitized by Google

CLXVIII.

1385. 12. December. C. A0. — *'Johann von Rosenberg verkauft dem Abte und Convente des Klosters in Hohenfurt das Dorf Chwaletitz sammt Zubehör um 47 Schock 40 Prager Groschen und drei Wiener Pfenninge.*

Nos Johannes de Rosennberk ad vniuersorum noticiam tenore presentium volumus devenire, quod bona deliberacione maturoque consilio prehabitis villam nostram Chualeticz dictam integram cum omnibus suis pertinenciis siluis pratis aquis pascuis rubetis agris cultis et incultis ceterisque vniuersis ad eam spectantibus, prout in suis metis gadibus (sic) et circumferenciis est limitata, et sicut nos ipsi eam tenuimus cum censibus bernis robotis exaccionibus deuolucionibus et aliis juribus vniuersis, quibuscunque nominibus censeantur, ac cum pleno dominio nichil nobis ibidem jurisdiccionis reseruantes vendidimus iusto titulo vendicionis honorabibus et religiosis viris domino abbati ac conuentui monasterii in Altovado perpetuis temporibus tenendam et possidendam pro quadraginta septem sexagenis grossorum Pragensium cum quadraginta grossis et tribus denariis Vienensibus, quas quidem pecunias nobis illico cum paratis pecuniis integraliter persoluerunt. Promittimus igitur sincera fide nostra vna cum fratre nostro domino Vlrico de Rosenberk et Henrico fratuele nostro verisimiliter de Rosennberk omnes manu coniuncta et indiuisa memoratam villam Chualetycze cum omnibus ad eam spectantibus a quolibet impetente jure terre Bohemie sufficienter libertare et disbrigare omnibus occasionibus penitus semotis et postergatis. Et nos prenominati Vlricus et Henricus de Rosennberk recognoscimus nos pretacte ville Chualeticz pro fratre nostro domino Johanne et cum ipso veros et legittimos existere disbrigatores, promittentes eam sincera fide sine dolo a quolibet impetente libertare et disbrigare, prout jura terre Bohemie desiderant et exposcunt. Si vero eam non disbrigaremus tunc in nostris propriis liberis et equeualentibus hereditatibus de totidem censibus et vtilitatibus monachis et monasterio predicto condescendere promittimus et debemus sine omni contradiccione, hoc ipsum promittentes sub puritate nostre fidei et honoris. In cuius rei euidenciam et roboramentum cum sigillo domini Johannis et sigilla nostra presentibus sunt

Digitized by Google

appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto feria tercia ante sancte Lucie.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in rothem Wachs. Das Siegel des Johann von Rosenberg fehlt, die beiden anderen aber sind bereits oben beschrieben worden.

CLXIX.

1387. 15. August. O. AO. — *Johann von Rosenberg, Borscho, Archidiacon von Bechin und Hostislaus, Pfarrer in Krumau und Dechant in Teindles, schlichten den zwischen dem Abte Otto und Convente von Hohenfurt einerseits und dem Pfarrer Přibiko von Priethal andererseits wegen des Priethaler Laienzehents obschwebenden Streit.*

In nomine domini amen. Nos Johannes de Rozmberg Borsso Bechinensis archidiaconus diocesis Pragensis necnon Hostislaus plebanus ecclesie in Chrumpnaw decanusque Dublensis*) ad perpetuam rei memoriam. Coram vniuersis tam presentibus quam futuris presencium tenore volumus publice declarare protestantes, quod super et in dissensionibus litibus et materiarum querelis inter honorabiles et religiosos viros videlicet dominum Ottonem abbatem et conuentum monasterii in Altouado parte vna et discretum virum dominum Przybykonem plebanum in Przyedol pro decimarum laycalium solucione ibidem in Przyedol parte vertentibus ex altera ad ipsarum instantiuas preces partium arbitri judices et amicabiles compositores assumpti et vnanimiter electi animo deliberato et discretorum consiliis precedentibus freti perswasiuis pronunciamus diffinimus arbitramur per prefatas partes perpetue tenendum et eorum quoslibet successores habendum et possidendum, presentibus diffinitiue sentenciamus ac effectiue ordinamus, quod prescripti domini videlicet dominus Otto abbas et conuentus monasterii, prout prescribebantur, super decem et octo laneis decimum capete tritici siliginis ordei et auene in campis ab incolis et rusticis predictorum laneorum, ipse vero dominus Przybyco, prout eciam prius nominatus, aut sui perpetui circa ipsam ecclesiam successores de antedictis decem et octo laneis et eorum incolis non plus nisi vnam tinam siliginis et vnam tinam auene in grano triturato pro decimis debeant recipere et colligere pro suis

*) Soll heissen „Dublebensis".

Digitized by Google

vsibus singulis annis qualicumque jure et consweludine in contrarium non obstante. Ego vero pren ominatus Przybyko plebanus ecclesie in Przyedol matura mentis deliberaci one et consiliis amicorum salubribus premissis antedict am pronuncciacionem vna cum meis futuris ecclesie successoribus tamquam condignam et laudabilem recipio assumo et presentibus approbo promittens fide sincera et sine cuiuslibet fraudis scrupulo, eandem disposicionem et ordinacionem per me et meos successores perpetuis temporibus tenere ratam et firmam fideliter obseruare. In cuius rei robur perpetue valiturum sigillo meo et in maius testimonium sigillis meorum premissorum judicum et arbitrorum presencia iussimus de nostra certa sciencia roborare. Datum et actum anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo infra octauas assumpcionis virginis gloriose.

Vier an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a)* und *b)* in rothem, *c)* und *d)* in weissem Wachs. *a)* Das bekannte Siegel Johann's von Rosenberg. *b)* Mittelgross. Eine Frauengestalt mit Heiligenschein und einem Lamm (?) zur Linken. — ° S . Borsonis . Archidiaconi . Bechiensis. *c)* Ein Kopf mit Heiligenschein. — S. Hostislay (i?) . . . (schlecht abgedruckt). *d)* Ein Rost (St. Laurenz ist Patron der Priethaler Kirche). — S . Przybisslay . Plebani. De. Priedol.

CLXX.

1387. 15. December. Krumau. — *Abt Otto und der Convent des Hohenfurter Klosters treten dem Mikschiko von Hodenitz zwei Schock 60 Pfenninge Zinse in Hodenitz gegen Zinse in Oczyewek ab.*

Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quia nos Otto abbas et conuentus monasterii Altiuadensis matura prehabita deliberacione condescendimus presentibus de duabus sexagenis et sexaginta denariis reddituum census annui in altero medio laneo in villa Hodonycz sito, super quorum vno laneo Gylek cum fratre resident et Vernyerz in medio laneo, pro bonis illis videlicet septimo medio laneo censualibus in villa Oczyewek sitis nobis et monasterio nostro per Miksikonem de Hodonycz condescensis, ipsi Miksikoni predicto per eum cum pleno dominio et heredes suos habendas tenendas perpetuis temporibus ac hereditarie possidendas, provt census predicti a nobis et monasterio nostro actenus tenti sunt et possessi, nil penitus iuris proprietatis ac dominii in ipsis censibus seu hominibus prescriptis nobis et nostro monasterio de cetero reseruantes. Quas

Digitized by Google

quidem hereditates seu census prenotatos nos Otto abbas et conuentus predicti [monasterii] necnon nos Henricus de Radhostowycz purgrauius protunc in Crumpnaw Johannes de Byelcze filius Nycolay procuratoris protunc in Rosmberk fideiussores eorum et vna cum ipsis manu inseparabili Myksykoni predicto et heredibus suis disbrigare et libertare iuxta consuetudinem regni Bohemie solitam promittimus bona nostra fide et sine dolo, ab omnibus precise hominibus ipsas hereditates seu census impetere jure qualicunque terrestri volentibus renitencia absque quauis. Si autem ipsas hereditates seu census predictos disbrigare sibi nequiuerimus taliter, vt premittitur, extunc in nostris liberis et propriis hereditatibus tantum de censu cum tercie partis augmento condescendere sibi debemus et tenemur dilacione qualibet procul mota. Que omnia et singula premissa et eorum aliquot si facere neglexerimus quouis modo, vt absit, extunc cum a Mycsycone predicto et ab heredibus suis moniti fuerimus, quilibet nostrum de fideiussoribus prenotatis cum vno famulo et duobus equis veri ratione obstagii in ciuitatem Crumpnaw ad hospicium honesti hospitis nobis per ipsum seu heredes suos deputatum subintrare tenebimur et debemus obstagiaturi inibi tamdiu, quousque omnia prescripta impleta per nos non forent plenarie ac in toto. In quo quidem obstagio, si nos per quindenam continuare accideret, predictis omnibus taliter, vt premittitur, non expletis cum efectu extunc prestito per nos obstagio vel non prestito hiis lapsis quindecim diebus obstagii memorati Micsico predictus et heredes sui plenam habent et habere debent potestatem, triginta octo sexagenas cum sedecim grossis grossorum denariorum Pragensium recipiendi et aquirendi inter Judeos vel Christianos, nostrum omnium super dampna et nos semper in eodem continuare debemus obstagio super nullo iure de eo exeuntes, quousque ipsas pecunias vna cum dampnis desuper acretis, que se Myksico predictus et heredes sui sub iuramento in cruce et sine cespitacione, id est bez zmatku, percepisse ostenderint, non soluerimus plenarie ac in toto. Hoc eciam addito, si aliquem ex nobis fideiussoribus prenotatis, priusquam omnia prescripta impleremus, mori accideret, extunc in spacio mensis vnius a die monicionis per Miksiconem predictum et heredes suos nobis facte alium eque bonum et habentem loco defuncti in fideiussorem substituere debemus et litteram innouare sub punctis et clausulis prenotatis et hoc sub pena obstagii memorati. Et qui hanc litteram de bona voluntate Miksiconis predicti et

Digitized by Google

heredum suorum habuerit, eidem jus omnium competit premissorum. In quorum omnium euidenciam ac robur firmius sigilla nostra de certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Datum Crumpnaw anno ab incarnacione domini milesimo trecentesimo octuagesimo septimo dominico die post Lucie.

Die Siegel fehlen.

CLXXI.

1387. 15. December. O. AO. — *Mikschiko von Hodenitz tritt dem Abte und Convente in Hohenfurt vier Schock weniger acht Groschen Prager Münze Zinse im Dorfe Oczyewek gegen einige Güter in Hodenitz ab.*

Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quia ego Miksyko de Hodanycz matura prehabita deliberacione sanoque amicorum meorum usus consilio condescendi et presentibus condescendo de quatuor sexagenis reddituum census annui minus octo denariis grossorum denariorum Pragensium in septimo medio laneo in villa Oczyewek sitis pro bonis illis, videlicet altero medio laneo in Hodonicz mihi per abbatem et conuentum monasterii Altywadensis condescensis, quorum laneorum ville Oczyewek predicte Martinus tenet medium laneum et censuat nouem grossos et tres denarios, Blahut medium laneum et tantum censuat, Jessko medium laneum et tantum censuat, Martinus nouem grossos et tres denarios, Mikess et Jesko decem grossos et denarios, Paulus sex grossos et quatuor denarios in decimam, Maczko duodecim grossos et tres obulos, Velysslaw decem et octo grossos et obulum, Maczko nouem grossos et tres paruos, Vanko nouem grossos et tres paruos, Jacobus sedecim grossos sine denario. Et insuper omnes predicti homines soluunt duodecim pullos honoris honorabilibus (sic) et religiosis viris abbati et conventui monasterii Altyvadensis per ipsum abbatem et conventum cum pleno dominio habendis tenendis perpetuis temporibus ac hereditarie possidendis, provt census predicti a me actenus tenti sunt et possessi, nil penitus juris proprietatis et dominii in ipsis censibus seu hominibus prescriptis mihi de cetero reseruando; quas quidem hereditates seu census prenotatos ego Myksyko predictus et nos Petrus de Zyestow Zacharias eciam de Zestow fideiussores sui et vna secum manu in solidum non diuisa abati et conventui predictis disbrigare et libertare iuxta conswetudinem regni Bohemye solitam

Digitized by Google

promittimus bona nostra fide et sine dolo, ab omnibus precise hominibus ipsas hereditates seu census impetere jure qualicumque terrestri volentibus renitenaia absque quauis. Si autem ipsas hereditates seu census disbrigare ipsis nequiuerimus taliter, vt premittitur, extunc in nostris liberis et propriis hereditatibus tantum de censu cum tercie partis augmento condescendere debemus et tenemur, dilacione qualibet procul mota. Que omnia singula et premissa aut eorum aliquot si facere neglecserimus quouis modo, vt absit, extunc cum ab abbate et conventu predictis moniti fuerimus, quilibet nostrum de fideiussoribus prenotatis cum vno famulo et duobus equis veri ratione obstagii in ciuitatem Crupnaw ad hospicium honesti hospitis nobis per ipsos deputatum subintrare tenebimur et debemus obstagiaturi inibi tam diu, quousque omnia prescripta impleta per nos non forent plenarie et in toto. In quo quidem obstagio, si nos per quindenam continuare accideret predictis omnibus taliter, ut premittitur, non expletis cum effectu extunc prestito per nos obstagio vel non prestito hiis lapsis quindecim diebus obstagii memorati abbas et conventus prenotati plenam habent et habere debent potestatem, septuaginta duas sexagenas grossorum denariorum Pragensium recipiendi et aquirendi inter Judeos vel Christianos, nostrum omnium super dampna et nos semper in eodem continuare debemus obstagio super nullo jure de eo exeuntes, quousque ipsas non soluerimus pecunias vna cum dampnis desuper accretis, que se abbas et conventus predicti sub iuramento ipsis solito percepisse dixerint non soluerimus plenarie et in toto. Hoc eciam addito, si aliquem de nobis fideiussoribus prenotatis, priusquam omnia prescripta impleremus, mori accideret, extunc in spacio mensis vnius a die monicionis per abbatem et conuentum predictos nobis facte alium eque bonum et habentem loco defuncti in fideiussoris (sic) substituere debemus et tenemur et litteram innouare sub punctis et clausulis prenotatis, et hoc sub pena obstagii memorati. Et qui hanc litteram de bona voluntate abbatis et conuentus predictorum habuerit, eidem ius omnium competit premissorum. In quorum omnium euidenciam ac robur firmius sigilla nostra de certa nostra sciencia presentibus duximus appendenda. Datum anno incarnacionis dominice milesimo trecentesimo octuagesimo septimo dominico die post Lucie.

Zwei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs, beide sind aber schlecht abgedruckt. *a)* Das Siegel des Ausstellers der

Digitized by Google

Urkunde fehlt. *b)* Ein Helm mit einem Hahn zur Zierde, dessen Schnabel nach links gekehrt ist. Die Umschrift nicht lesbar. *c)* Dasselbe, nur ist hier der Schnabel des Hahnes nach rechts gekehrt. — . . Zachari . . . ow.

CLXXII.

1387. 21. December. O. AO. — *Martin von Leubesdorf verkauft dem Abte Otto von Hohenfurt und dem Convente daselbst seinen Weingarten zu Pulkau um 16 Pfund Wiener Pfenninge.*

Ich Mertl von Leubesdorf vergich offenbar an dem prief für mich vnd für all mein erben vmb meinen ganczen weingarten ze Pulka gelegen in der obern holczpewnt ze nachst der Heglwerder weingarten mit ainem rain vnd zenachst Christans des Weidner weingarten mit dem andern rain, den ich auch ze purchrecht han gehabt von dem edlen vnd meinem gnedigen herren graf Burchharten von Maidwürg, do von ich im hab gedint all jar jerleich an sand Michels tag dreizzk Wienner phening ze purchrecht vnd nicht mer. Den selben vorgenanten weingarten mit allen den rechten, vnd ich in in purchrechts weis vnd gewer herpracht vnd gehabt han, hab ich recht vnd redleich verchaufft und hin gegeben di zeit, do ich ez wol getuen macht, dem erwirdigen vnd geistleichen herren hern Otten di zeit abt des erwirdigen gotshaws ze Hochenfurt vnd auch dem ganczen conuent desselben gotshaws vmb sechczehen phunt Wyenner phenning, der ich vnd mein erben ganez vnd gar von in gericht vnd weczalt pin an allez verczichen. Ez schullen auch di vorgenanten all der abt vnd daz conuent des obgenanten gotshaws in den vorgenanten weingarten ledichleich vnd vnuerchumert von vns haben vnd zu irm frum wenden, wie in daz aller pest fuegt, mit verseczen verchauffen geben, wem sew wellen, an allen irrsal vnd an allen chrieg. Ich pin auch des mit sampt meinen erben ir rechter scherm vnd gewer für ansprach vnd invell oder chrieg, oder waz in mit recht daran abget, daz schol ich in allez auzrichten vnd abtragen an all ir scheden vnd an all ir mue, als purchrechts recht ist vnd des landes recht ze Osterreich. Daz versprich ich mit sampt meinen erben dem egenanten erbern herren hern Otten dem abt vnd dem ganczen conuent des obgenanten gotshaus ze Hochenfurt stet ze haben mit meinen trewn an allez geuer mit vrchund des prief. Vnd seid ich selb di zeit nicht aegen insigel het, do hab ich vleizzig gepeten di erbern ped Jansen den Frenchlein ze Pulka vnd

Digitized by Google

Stephlein den Fewchter, daz sew des chauffs vnd der sach geczeug sind mit irn anhangunden insigeln in peden an schaden. Vnder der selben peder anhangunden insigl an dem prief verpint ich mich vorgenanter Mertl von Leubesdorf mit sampt meinen erben alles des vollaest sein vnd auch stet haben, daz vor an dem prief geschriben ist. Der brief ist gegeben nach Christes gepurd drewczehen hundert jar darnach in dem siben vnd achczkisten jar an sand Thamans tag des heiligen zwelifpoten.

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Auf einem Schilde eine aus einer Blume hervorwachsende schreibende Hand, nebst drei sechsstrahligen Sternen. — † S . Johannis . Frenchlini . D. Pvlka. *b)* Ein sechsgabliges Hirschgeweih. — † S . Stephani . Vevchter.

CLXXIII.

1388. 8. März. O. AO. — *Johann von Rosenberg verkauft, um allen weiteren Streitigkeiten zwischen dem Priethaler Pfarrer und dem Stifte Hohenfurt wegen des Priethaler Zehents vorzubeugen, diesem die Zinse von sieben Lähnen im Dorfe Priethal um 14 Schock weniger sieben Groschen.*

In nomine domini amen. Cum olim inter honorabiles et religiosos viros abbatem ac conuentum monasterii in Altouado Pragensis diocesis ex vna et discretum virum dominum Przibiconem plebanum ecclesie parrochialis in Przidol super decimarum jure et recepcione earundem gwerre et querele et diuersarum materiarum questiones parte verterentur ab altera, nos Johannes de Rosenbergh cupientes prefatorum monasterii et ecclesie parochialis querelis et earum iacturis, que exinde emergi in futurum possent, et dampnum non modicum monasterio et ecclesie in preiudicium predictorum fideliter obuiare, tenore presencium vniuersis presentibus et futuris volumus publice declarare, quod maturo prehabito et precedente consilio prefatis abbati et conuentui in Altouado deuotis nostris singulariter dilectis in prefata villa Przidol super decem et octo laneis, super quolibet prefato laneo viginti et septem denarios Wienenses, vero titulo vendicionis asignamus et jure hereditario vendentes perpetuo resignamus ab ipsis fratribus de Altowado pro prefatis censibus quatuordecim sexagenas grossorum minus septem grossis in parata pecunia recipiendo, tali condicione notabiliter anotata, quod incolis et censualibus ipsius wille Przidol de quolibet prescriptorum decem et octo laneorum singulis annis de summa census quam nobis nostris

Digitized by Google

et predecessoribus ab antiquo dare et porrigere solebant, prefati viginti septem Vienenses annuatim debeant deperire, ita quod ipsi incole ob gratiam eis huiusmodi factam plebano dicte ecclesie in Priedol, qui est vel erit in futurum, de quolibet premissorum decem et octo laneorum vnam thinam siliginis et vnam thinam auene in grano triturato et mensurato et prefatis fratribus in Altouado omnium annonarum, videlicet siliginis tritici ordei et auene, pro decimis veris decimum capete in campis dent deciment et assignent sine omni obmissione annis perpetuis cum effectu. Promittimus vna cum nobilibus dominis Vlrico fratre et Henrico fratueli nostris dominis de Rosennbergh prefatam vendicionem census prescripti bona et sincera fide ratam et firmam perpetuo inuiolabiliter obseruare testimonio et robore harum litterarum, quibus sigilla nostra de certa nostra sciencia sunt appensa. Sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo dominica „Letare“ in quadragesima qua cantatur.

Die anhängenden Siegel der drei Rosenberger sind bereits beschrieben.

CLXXIV.

1389. 2. Februar. Vitignabo. — *Erzbischof Johann von Prag gibt den Professen des Klosters in Hohenfurt die Erlaubniss, dass sie sich von jedem durch den apostolischen Stuhl bestätigten Bischof sowohl die niederen als auch die höheren Weihen ertheilen lassen können.*

Johannes dei gracia archiepiscopus Pragensis apostolice sedis legatus vobis religiosis . . fratribus professis monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis Pragensis nostre diocesis salutem in domino. Quia propter loci distanciam et viarum pericula ciuitatem Pragensem, in qua clerus sacros ordines eiusdem Pragensis diocesis recipere consueuit, comode adire non potest, ad nobilis igitur viri domini Heinrici de Rosenbergh singulares precum instancias, vt a quocumque reuerendo in Christo patre domino . . episcopo catholico per sanctam sedem apostolicam electo et confirmato canonice eiusdemque sancte sedis gratiam et sui officii executionem habente legittimam omnes sacros tam maiores quam eciam minores videlicet accolitatus subdyaconatus dyaconatus et presbyteratus ordines, prout vnicuique fratrum dicti monasterii expedicius videbitur, statutis et interuallatis a jure temporibus valeatis atque possitis canonice percipere, vobis et

Digitized by Google

vnicuique vestrum recipiendi et ipsis episcopis conferendi plenam tenore presencium concedimus facultatem. Ad nostre beneplacita voluntatis presencium sub nostro sigillo testimonio litterarum. Datum in Vitignabo. Anno domini millesimo trecentesimo octoagesimo nono die purificacionis sancte Marie die secunda mensis Februarii.

Das Siegel des Erzbischofs wie in CLXIII.

CLXXV.

1389. 22. October. O. AO. — *Busko von Poříč verkauft dem Franz von Třebin eine Wiese.*

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi siue eciam audituri, quod ego Busco de Porzyecz matura mea prehabita deliberacione parique vxoris mee omniumque amicorum meorum et heredum consilio et assensu pratum ex altera parte aque, cuius fines obstaculo molendini contingunt, iure et consuetudine terre Boemie recognosco vendidisse honesto viro Ffrancisco de Trzebin et heredibus suis, pro quo (sic) quidem prati vendicione petiui et rogaui amicos meos infrascriptos, ut ipsi vna mecum ipsum pratum suo iure, ut prefertur, iuxta jura et consuetudines terre Boemie approbatas disbrigare. Nos igitur Gindra de Porziecz et Patek de Rzeben compromissimus, et bona nostra fide compromittimus, prefatum pratum ipsi Ffrancisco prefato et heredibus suis contra quempiam hominem et principaliter contra uxoris dotalicium dicti Busconis disbrigare et post ipsius mortem annis tribus et septimanis sex libertare. Nos vero Busco Gindra et Patko promittimus et fideliter spondemus, si aliquem ex nobis infra tempus disbrigacionis prefatum ab hac luce migrare contingeret, quod tunc alter loco defuncti equiualens in quatuor ebdomadis deinde continuis per nos residuos debet surrogari. Si vero prefatus Ffranciscus et heredes ipsius aut dictorum bonorum possessor impedimentum quodcunque in dictis bonis haberent seu habuerint, quod tunc vnus ex nobis die altera monicione preuia prehabita cum vno famulo et duobus equis obstagium uerum (?) in ciuitate Budweys in hospicio sibi per dictum Ffranciscum aut heredes suos demonstrato obstagialiter debebit subintrare. Elapsis denique diebus quattuordecem continuis a dicto monicionis termino prestito ipso obstagio uel non prestito promisimus et fideliter promittimus omnia dampna, que ipse Ffranciscus et heredes sui per impedimenta aut ob non disbrigacionem predicti

Digitized by Google

prati perciperent seu percipere possent, rationabiliter probanda ea omnia et singula volumus et tenemur ipsis restaurare, addicientes quod post mortem Busconis memoratum pratum nullo penitus dolo et fraude appositis, quod tunc post mortem uxor sua illud pratum impeteret seu habere vellet, quod tunc iidem duas sexagenas grossorum prefato Ffrancisco aut heredibus suis essent daturi omni contradictione postergata. Et quicunque presentes de consensu et bona voluntate dicti Ffrancisci habuerit litteras, eidem jus omnium competit premissorum. In cuius rei testimonium dedimus sibi presentes nostras litteras munimine appensionis sigillorum nostrorum propriorum roboratas. Datum anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono feria sexta proxima post festum sancti Galli confessoris.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Schild, worauf ein Pfeil. — † S. Bv. (?) sconis . De . Porziez. *b)* Dasselbe — † S . Henrici . De . Porziecz. *c)* Schlecht abgedruckt. Ein Helm mit dem oberen Theile eines Stierkopfes. — † S . Bvzkonis . D . . .

CLXXVI.

1390. 6. Jänner. O. AO. — *Peschik von Usdičowa, Nicolaus von Mečikowa und Gregor von Passowar einerseits und Weclin von Cipin andererseits versichern sich bei der böhmischen Landtafel gegenseitig ihre Güter.*

Nos Pesico de Vsdiczowa Nicolaus de Meczikowa et Gregorius de Passowar frater germanus Weczlonis infrascripti recognoscimus tenore presencium vniuersis, quod Weczlinus de Cypin amicus noter fidelis et specialis sua de bona voluntate et ex animo deliberato suorum quoque amicorum de consilio singulari nobis suis tamquam amicis singularibus omnia bona sua mobilia et inmobilia, que ibidem in Cypin et vbilibet locorum dinoscitur habere, presencia et etiam in futurum habitura intabulauit tabulis terre nostre Bohemie et inscripsit ad manus fideles jure et consuetudine nostre terre. Cui etiam vice versa similiter omnia nostra bona sibi intabulauimus jure eodem. Ne igitur idem Weclinus ratione dicte intabulacionis in aliquo fraudetur et a nobis aliquid moleste paciatur, promittimus omnes in sollidum manu coniuncta sine dolo ipsi Weclino et suis heredibus legittimis, quod ad ipsa bona nullo modo nos volumus trahere nec quidquam violenter vsurpare de ipsis ratione dicte intabulacionis, quampiu ipse et sui heredes vitam duxerint presentem sub ratione sana. Post mortem vero ipsius et suorum heredum primo et principaliter ad ipsum Gre-

Digitized by Google

gorium fratrem ipsius prescriptum deuoluetur demum, tunc post mortem Gregorii ad nos reliquos hic scriptos et nostros heredes driuabuntur (sic) jure tabularum, licet licebit quoque predicto Weclino et suis legittimis heredibus, predicta sua bona in morte et ante mortem iuxta suam voluntatem dare vendere commutare seu testari parum uel multum suis aut extraneis secularibus aut spiritualibus seu quibuslibet aliis. Et nos in nullo horum debemus nec poterimus ipsum aut suos legittimos successores impedire ymo verius promouendo et ad effectum totalem deducendo. Et si prefata bona ad nostram deuenerint possessionem, promittimus omnia et singula eorum ordinata et commissa ac testata finaliter terminare et expedire in nullo eius et eorum voluntatem inmutando, quatenus in nobis et in eorum bonis poterit stare et terminari. Item promittimus eidem Weclino ac suis heredibus omnes in solidum manu coniuncta sine dolo, quod quicunque nos ipsi aut alius suo nomine moneret aut a nobis exigeret, quod sibi aut suis heredibus rationem habentibus prelibata bona libera dimitteremus, extunc statim tenemur, proximis quatuor temporibus post ipsam monicionem ad tabulas terre accedendo expedire et extabulare nichil nobis in eis reseruando sine omni dolo, sub ipsius tamen impensis pro extabulacione, verumtamen nobis per vnam sexagenam grossorum Pragensium pro expenssis dabit cuilibet, sine quo prefata libertacio fieri non posset. Et si hisdem quatuor temporibus hoc fieri non posset, tunc sequentibus mox sine dolo id debemus terminare. Et hec singula et omnia, prout sunt prescripta, promittimus omnes in solidum sine dolo omni fideliter exequi et obseruare. Et quicunque ex nobis aliquid aliud faceret et facere uel obmittere attemptaret, quod absit, vadium ducentarum sexagenarum grossorum incurreret et omnia bona sua mobilia et inmobilia prelibato Weclino aut suis heredibus infiscarentur et appropriarentur nulloque se jure poterit defendere. Ymo nos reliqui promittimus et tenemur sepefato Veclino (sic) et suos adiuuare dictum vadyum et bona occupare et possidere. Quod si quidquam in premissis non faceremus seu negligentes essemus, quod absit, extunc statim duo ex nobis, quicunque forent nominati, quilibet cum duobus famulis et quatuor equis vnus alium non expectando nec se per alium excusando, ad obstagium debebunt subintrare ciuitatem Wsk super Lusnycz sitam ad hospitem probum nobis per ipsos ostensum et inde nullatenus exire, quousque omnia et singula prout sunt hic expressa

Digitized by Google

fuerint finaliter sine dolo expleta. Denique prestito obstagio uel non prestito elapsis quatuordecim diebus, si dum omnia et singula non fuerint adinpleta, extunc licebit sepedicto Weclino sine suis heredibus omnia predicta vna cum omnibus dampnis rationabiliter demonstratis inter Judeos conquirere seu Christianos in nostra dampna et non sua. Et nos contra hec nichil poterimus obloqui seu contradicere alias, si quidquam contra omnia premissa faceremus, hoc contra fidem et nostrum honorem faceremus. Sed quia volumus omnia hec firma et rata obseruare, nostris sigillis appensis de nostra certa sciencia jussimus presencia roborare. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo in epiphania domini Jesu Christi.

Drei kleine, schlecht erhaltene und schlecht abgedruckte Siegel an Pergamentstreifen hängend und in weissem Wachs. — *a)* Ein Schild mit einem nicht mehr erkennbaren Zeichen. *b)* Ein Schild mit den langen Hälsen zweier Vögel. — † S . Nicolai . De . . . . *a. c)* Ein Helm mit nicht mehr sichtbarer Zierde. — . . . D . Passowar.

CLXXVII.

1390. 30. August. O. AO. — *Ulrich genannt Drochowetz von Umlowitz gibt dem Hohenfurter Kloster einen halben Lahn im Dorfe Suchenthal zu Eigen.*

Testante scriptura honorare deum de nostra substancia tenemur et amicos facere de mamona iniquitatis, ut in eternis recipiamus thabernaculis, quod hac valle miserie seminauimus. Nouerint igitur tam presentes quam futuri, quod ego Vlricus dictus Drochowecz de Omlenycz de libera omnimoda mea voluntate meorum ac heredum vxoris mee legittime Jarka nuncupate beniuolencia ipsius pariter precedente medium lanenm in villa dicta Suchdol, quem Matias ex nomine excolit, eundem pleno cum dominio et plena iuridictione (sic) cum censu et alia voluntate ad ipsum pertinente monasterio Altowadensi anime mee pariter predecessorum necnon meorum successorum ob salubre remedium contuli ac in pleno condescendi perpetue possidendum sub hac forma, vt religiosi ac deuoti fratres ordinis sancti Bernhardi prius memorati monasterii Altowadensis memoriam mei atque parentum meorum horis in canonicis et suis in orationibus habeant mea de parentela animabus pro vniuersis predecessoribus ac successoribus, qui de hoc seculo migrarunt, deum omnipotentem diligencius pro omnibus suprascriptis ac deuocius exorantes. In cuius rei testimonium sigillum meum vnacum sigillo

Digitized by Google

domini Henrici de Rosemberg, qui ad preces meas petitus ac rogatus fauore suo ex speciali dignatus est sigillum suum appendere pagine presenti et sigillis cum predictis sigillum Benessii dicti Maczuta de Hersslak presentibus est appensum. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo in die sanctorum martirum Ffelicis et Aucti.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a* und *c* in weissem, *b* in rothem Wachs. *a)* Ein Helm mit hörnerartiger Zierde. — † S . Vlrici. De . Omlenycz. *b)* Das schon beschriebene Siegel Herrn Heinrich's von Rosenberg. *c)* Schlecht abgedruckt, daher weder Zeichnung noch Umschrift kennbar.

CLXXVIII.

1394. 6. Jänner. Rudnicz. — *Erzbischof Johann von Prag verleiht der Hohenfurter Stiftskirche eine Indulgenz.*

Johannes dei gratia archiepiscopus Pragensis apostolice sedis legatus vniuersis Christi fidelibus sacri baptismatis fonte renatis salutem in domino sempiternam. Propter veneranda sanctorum merita gloriosa fideles Christi eo libencius ex tradite nobis dispensacionis officio inuitamus, quo ad eorum salutem id nouimus specialius pertinere. Cupientes igitur vt capella beate Marie virginis monasterii in Altovado sub titulo sancti Nicolai confessoris domini nostri Jesu Christi a fidelibus populis cum feruore devocionis diebus singulis frequentetur, vbi dona ac munera spiritualia videlicet indulgencias ac peccatorum remissiones se senserint reportasse, nos volentes nichilominus per huius modi dona ac munera populum fidelem deo et eius genitrici Marie virgini perpetue ac omnibus sanctis reddere acceptabilem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi omnibus vere penitentibus contritis et confessis, quicunque prefatam capellam visitauerint et in ea coram altari beati Nicolai confessoris quinque „pater noster“ et septem „aue Maria“ flexis genibus orauerint, quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Presencium sub nostro appenso sigillo testimonio iterarum. Datum in Rudnicz die sexta mensis Januarii anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo.

Das an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs, wurde schon oben beschrieben.

Digitized by Google

CLXXIX.

1395. 9. October. Hohenfurt. — *Derselbe verleiht denen, welche für die in der Hohenfurter Stiftskirche beerdigten Herren Peter, Jodok und Ulrich von Rosenberg beten, einen Ablass von vierzig Tagen.*

Johannes dei gratia archiepiscopus Pragensis apostolice sedis legatus vniuersis Christi fidelibus sacri baptismatis fonte renatis salutem in domino. Cum sit pium et salubre, pro defunctis exorare, vt hii qui cum pietate dormicionem in Christo recipiunt, deuotorum pia precum instancia a peccatorum suorum vinculis soluerentur; cum igitur nobilium virorum dominorum Petri Jodici et Vlrici de Rosemberg corpora in monasterio Altiuadensi Cisterciensis ordinis requiescant in certis locis et capellis eiusdem monasterii, volentesque fideles populos ad dona siue munera spiritualia, qui ex pia deuotione mentium orationes pro animabus predictorum funderent inuitare, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, quicumque predictum ingredientes monasterium genibusque in terram positis quinque „pater noster“ et septem „aue Maria“ pro requie animarum ipsorum dominorum quacunque hora diei deuote orauerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus. Presentium sub rostro appenso sigillo testimonio litterarum. Datum in Altouado. Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto die nona mensis Octobris.

An einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs und bereits beschrieben.

CLXXX.

1396. 25. Februar. O. AO. — *Abt Otto von Hohenfurt und der Convent daselbst verpflichten sich zur Abhaltung eines immerwährenden Jahrtages für den Pfarrer Lidwin von Meinetschlag, dem Bruder des Benesch von Hörschlag.*

Nos frater Otto abbas monasterii totusque conuentus Altiuadensis tenore presencium recognoscimus vniuersis, quod per legacionem testamentariam olim pie recordacionis domini Lytwini plebani de Manholtslog percepimus xxii sexagenas grossorum in parata pecunia nobis a Benessio de Herslag dicti domini Lytwini fratre germano asig-

Digitized by Google

gnatas, promittimusque et sincera fide spondemus dicto Benessio et suis heredibus, quod diem anniuersarium dicti domini Lytwini et suorum antecessorum tam cum missis quam eciam aliis funeralibus officiis annis singulis peragere volumus et tenemur iuxta nostri ordinis obseruanciam et ritum et iuxta monasterii conswetudinem, prout pro nobilibus et militibus et benefactoribus fieri est consuetum. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum vna cum sigillo conuentus presentibus sunt apensa. Anno domini M°CCC°lxxxxvi. Datum in die sancti Mathie apostoli.

Die Siegel fehlen.

CLXXXI.

1396. 26. December. Hohenfurt. — *Ritter Marquard von Poreschin bewilligt dem Stifte Hohenfurt Mautfreiheit in Pflanzen und Kaplitz.*

Ich Marchwart ritter von Poresching vergich vndt thue khunt ofenbahr mit dissem gegenwertigen brüeff allen leuten, die ihn sehen lossent oder hören lessen, die nun leben oder hernach khünftig sein, das ich vnuerscheidentlichen vndt vnbezwungenlichen bey vnssern gesunden leib zu der zeit, da wür es woll thun möchten, mit gueten wüllen mit bedachten mueth mit rath gunst aller gueten erben vndt aller vnsser freund vnd aller vnsser vorfodern vnd nahkhomen zu einem ewig seelgewerth (sic) recht vnd redlich durch gott offentlichen vor erbarn leuth frey lassen sichern vnd ledig ewiglichen sagen vnd begeben von vnss vnd allen vnsern erben aller mauth vnd aller vorderung aller sach die erbarn vnd geistlich herrn des klosters zu Hohenfuerth alles, das man ihnen ihn ihr kloster treibt oder füert durch vnsser dorff, das heisset Bonetri, sambt dem Gaplitz, das Behmitz heist Wlankh, ess sey vieh wein oder treydt oder wasserley klein oder gross wenig oder viell, das soll frey ledig sein ohn alle mauth vndt ohn alle forderung ewiglichen. Das die redt vndt das geschäfft stet gantz vnverbrochen bleib von vnss vndt allen vnssern erben vnd von allen unssern nachkhomen, darumb geben wüer diessen brüeff zu einem ewigen vrkhunt versiegelten mit vnssern insigl, herrn Heinrich von Rossenberg von Rossenberg (sic), herrn Marchwart von Poresching Przibik purgraff der zeit zu Krumaw, Pyrtigt von Zymintitz, die das than haben durch vnsser bett wüllen zu einer zeugnus. Dieser brief ist gegeben da nach Christs gebuerth ergangen wahren 1396 zu Hohenfurth im kloster S. Stephan martyrs tag.

Nach einer Abschrift im Liber ruber privilegiorum p. 94, 95.

Digitized by Google

CLXXXII.

1397. 13. Jänner. O. AO. — *Weclin von Zippendorf, Gregor von Passern und Peschik von Usdičowa schenken zu ihrem Seelenheile dem Cistercienserkloster in Hohenfurt ein Schock drei Groschen Zinse von ihren Zinsholden in Stockernhof und Kirchschlag.*

Ne varietas temporum valeat acta hominum simul trahere in obliuionem, dignum est, ut saltim litterarum perenentur proscripcione. Quapropter nos Veclinus de Cypyn Gregorius de Passouar necnon Pessico de Vssdyczowa fratres germani recognoscimus tenore presencium vniuersis, quod sana nostre deliberacione mentis et compotes rationis existentes de fructu nostrarum nobis animarum prouidentes parentumque omnium nostrorum tam presencium quam futurorum momentaneaque pro eternis volentes commutare dedimus et presentibus damus vnam sexagenam grossorum cum tribus grossis census veri et legittimi, quem a priscis temporibus pacifice possedimus et quiete in Hanclino censuali nostro de Stokow, viginti et septem grossos censuantis Pragensis monete, et in Ertlino de Swyetlik quadraginta minus duobus grossis annis singulis soluentibus, venerabilibus et religiosis viris ymo ipsi monasterio Altouadensi ordinis Cisterciensis diocesisque Pragensis per ipsos perpetue tenendum regendum et pro quolibet libitu fruendum eodem iure et dominio, quo nos possedimus hucusque, nichil nobis dominii seu proprietatis in eodem censu relinquentes. Tali in domino intencione vt dum prelibatum censum exceperint, nos prelibatos etiam vna cum nostris predecessoribus futurisque successoribus suis orationibus ceterisque cerimoniis juxta ritum sui monasterii faciant annotari, pitanciam in festo sancti Nicolai confessoris fratribus faciendo. Volentes autem hec omnia et singula rata et firma habere, et ne a quoquam impetente in dictis bonis possint infestando turbari, nostris sigillis de nostra certa sciencia appensis jussimus presencia roborare. Datum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo in octaua ephifanie domini nostri Jesu Christi. Hoc quoque in fine carte corigimus, quod quodam errore accidit nobis computacionis. Ne igitur noster error vergat in ipsos censuantes in dampnum eorum graue, emendamus, quod prefatus Hanclinus tantum viginti et septem grossos minus duobus denariis debet censuare, Ertlinus vero triginta sex grossos integre persoluere debet. Et sic semper summa census stabit

Digitized by Google

prescripta et intacta vnius videlicet sexagene et trium grossorum. Est (sic) istam anotacionem ratam et firmam approbamus.

Drei kleine, gut erhaltene, aber schlecht abgedruckte Siegel in weissem Wachs mit sehr kleinen, nicht mehr kennbaren Gegensiegeln. *a)* Ein Helm dessen Zierde der Kopf eines Raubvogels mit offenem Schnabel. — † S . Wee . . . ipin . . . *b)* Dasselbe. — † S . . . war. *c)* Auf einem Schilde eine offene Hand. — † S . . . ycz . . .

CLXXXIII.

1397. 1. October. Prag. — *Erzbischof Wolfram von Prag verleiht denen, welche das von seinem Vorgänger, dem Erzbischofe Johann, zusammengestellte und von diesem dem Abte Otto von Hohenfurt mitgetheilte Gebet „Ave frater domini Jesu care“ beten, einen Ablass von vierzig Tagen.*

Wolframus dei gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus apostolice sedis legatus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Votis fidelium libenter anuimus, si per ea fidelium Cristi crescat deuocio et Christi fideles ad deuocionem donis spiritualibus salubrius inuitantur et animarum salus suscipiat salutaria incrementa. Sane nuper pro parte venerabilis et religiosi viri domini Ottonis abbatis monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis nostre Pragensis diocesis nobis oblata peticio continebat, quod reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Johannes olim archiepiscopus Pragensis noster inmediatus precessor quandam orationem catholicam ad laudem gloriam et honorem sanctissimi ac gloriosissimi Johannis apostoli et ewangeliste que sic incipit: „Aue frater domini Jhesu care“, compilauit ipsamque in scriptis dicto domino Ottoni abbati tradidit, quam ipse dominus abbas et nonnulli Christi fideles ex deuocione legunt et dicunt ac legere et dicere consueuerunt. Nos igitur ex debito officii pastoralis de thezauro Cristi nobis in parte credito mercari volentes et ipsum dominum abbatem ac alios Christi fideles donis spiritualibus ad legendum et dicendum dictam orationem sepius et frequencius incitare et deo animas lucri facere cupientes, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui predictam orationem „Aue frater domini“, quocienscunque et quandocunque deuote legerint ac dixerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis

Digitized by Google

eis penitenciis in domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillorum nostrorum appensione comuniri. Datum Prage anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo die prima mensis Octobris.

Beschädigtes, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Ein segnender Bischof in gothischer Capelle, sitzend, beiderseits Wappenschilder. — Wolfr . . . . Dei . Gracia . Pragensis . . . . Archiepis . . Aplice . Sedis . Legatus . Tercius.

CLXXXIV.

1397. 28. October. O. A0. — *Benesch von Konradetz, gesessen auf Luźnitz, verkauft dem Rosenberger Verwalter Wilhelm 26 Groschen Zinse in dem Dorfe Hatzles um fünf Schock Prager Groschen.*

Ego Benesschius de Conratecz residens in Lussnicz tenore presencium profiteor vniuersis et singulis, quibus presens scriptum fuerit ostensum, quia prehabito amicorum omnium consilio meorum voluntate et consensu dilecte Cune (?) coniugis mee necnon omnium heredum meorum discreto viro Wilhelmo protunc in Rosenberch procuratori suisque heredibus in villa Hatzlabs viginti sex grossos perpetui census cum omnibus iuribus et pleno dominio nil penitus in eodem michi vsurpando rite rationabiliter vero et iusto venditionis tytulo vendidi pro quinque sexagenis grossorum Pragensium, quas plenarie ab eodem presentibus recipisse me recognosco. Quem quidem censum Jacobus dictus Dvpezz ipsi Wilhelmo heredibusque suis censuare habebit, videlicet xiii grossos in festo sancti Jeorii et xiii grossos in festo sancti Galli, annis singulis perpetue daturos, promittens fide pura omni absque malo zelo vna cum disbrigatoribus et fideiussoribus meis subnotatis, videlicet Bohuslao de Keblan nato Philippi et Jenisschio de Toden, in solidum omnes manu conjuncta et indiuisa dictum censum viginti sex grossorum iuxta approbatam et hactenus terre regni Bohemie conswetudinem obseruatam contra quemlibet hominem inpetentem seu inpetere volentem fideliter disbrigare; alioquin duo ex nobis, qui per ipsum Wilhelmum uel suos heredes moniti fuerint, vnus super alium non iudicando nec se per alterius absentiam excusando quiuis cum vno famulo et duobus equis ad prestandum obstagium debitum et conswetum in ciuitate Rosenberch ad hospitium ydonei hospitis nobis per ipsum Wilhelmum procuratorem prefatum uel suos heredes deputatum tenebimur subintrare

Digitized by Google

nusquam abinde exituri, donec prefatus census viginti sex grossorum ut prefertur, ipsis sufficienter fuerit disbrigatus jure suprascripto. Si uero in eodem obstagio per vnam quindenam continuauerimus, dictus census iure quo premittitur, non disbrigatus extunc prestito obstagio uel non prestito in propriis bonis nostris, vbi conuenientius ipsi Wilhelmo suisque heredibus visum fuerit, de tanto censu in bonis nostris certis et liberis cum tercia parte plus superaucta condescendere debemus et tenemur, dolo et fraude quibuslibet procul motis. Et si nonnulla dampna ob non disbrigacionem dicti census perciperent (?) modo quocunque, que rite et racionabiliter poterint demonstrare, illa omnia ipsis promittimus resortire sub pena obstagii prius scripti. Et si vnum uel duos, quod absit, ab hoc seculo migrare contingeret, extunc alium eque bonum loco defuncti infra vnius mensis spacium a die obitus sui continue computando statuere promittimus sub pena obstagiali prius dicta. Et quicunque hanc litteram de sepedicto Wilhelmi suorumque heredum habuerit voluntate, eidem jus competit omnium premissorum. In cuius rei testimonium sigilla nostra propria de nostra certa scientia presentibus duximus appendenda. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo feria quinta ante sanctorum apostolorum Symonis et Jude.

Drei kleine, zwar gut erhaltene, aber schlecht abgedruckte Siegel in weissem Wachs. *a)* Ein Helm mit nicht erkennbarer Zierde. — † S. Benessi. De. Conra . . . *b)* Helm, mit einer dreizinkigen Krone (?), woraus eine krebsscheerenähnliche Zierde entspringt. — † S . Bohvslai . De . Keblan. *c)* Ein Stierkopf? Die Legende unlesbar.

CLXXXV.

1397. 27. November. O. AO. — *Abt Johann von Baumgartenberg und der Convent daselbst treten mit dem Abte Otto und dem Convente zu Hohenfurt in Confraternität.*

Reuerendis in Christo patribus ac dominis domino Ottoni abbati in Altouado ordinis Cysterciensis Pragensis dyocesis eiusdemque loci collegio venerando frater Johannes abbas monasterii in Pawmgartenperg totusque conuentus ibidem deuotis cum orationibus coronam cum vincentibus, brauium cum currentibus, denarium cum laborantibus gratiosius obtinere et huius habitacionis post dissolucionem regem glorie in decore suo perhenniter intueri. Cum secundum

Digitized by Google

apostolum omnes in karitate Christi vnum simus corpus, et ad inuicem membra eciam I. Joh. iiii° describitur: „Deus caritas est et qui manet in caritate“ etc. expedit, ut sicut eiusdem corporis organa mutue compassionis et alterne seruitutis auxilio subleuentur, ita et nos, si ad caput principiumque nostrum referri volumus, alter alterius onera baiulemus, legem domini pio karitatis studio fideliter adimplentes: quapropter vterque noster homo non minimo immo inexplicabili iocunde congratulacionis et congratulantis iocunditatis sibi conclusit applausu, vestre tum pietatis animus mutui amoris innouacio uel potius in Christo vere singularisque confraternitatis vnio interius delectabat. Dignum ducentes itaque et nichilominus volentes tante vestre beniuolencie et caritati nam nobis multis obuiatis in obsequiis multis nos honoribus preuenitis, et adhuc, ut de uobis confidimus, facietis vestris laudabilibus desideriis, quibus nobiscum confraternitatis dignemini fedus inire, libens libencius annuimus volentes ymmo affectuosissime desideramus, ut amodo diuersis in corporibus vnum simus indiuiduum fraternalem per amorem. Omnium igitur bonorum, que deo dante nostro prefato peragentur in monasterio in orationibus missarum sollempniis iciuniis et vigiliis aliisque pietatis operibus, vobis participacionem plenariam inpertimur. In quorum omnium euidenciam atque robur presentes vobis damus litteras nostrorum sigillorum testimonio insignitas. Datum anno domini M° CCC° lxxxx vii° tercia feria post sancte Katherine virginis.

Zwei beschädigte, an Pergamentstreifen hängende Siegel in grünem Wachs. *a)* Mittelgross. Abt stehend, mit Buch und Stab. — . S . Johannis. Abbati . . In . Pawmgarte . . . *b)* Ziemlich gross. Die Mutter Gottes ist hier so abgebildet wie auf dem Siegel des Hohenfurter Convents, mit dem einzigen Unterschiede, dass sie hier das Jesukind zu ihrer rechten Seite hat. — . . . Pavmgartenpe . .

CLXXXVI.

1398. 12. Jänner. Prag. — *Nicolaus Puchnik, Generalvicar in spiritualibus des Erzbischofs Wolfram von Prag, erneuert auf Bitten des Pfarrers Jacob von Stričitz den Stiftungsbrief der Stričitzer Vicarie.*

Nicolaus Puchnik licenciatus in decretis Pragensis Wissegradensis et Olomucensis ecclesiarum canonicus vicarius in spiritualibus reuerendissimi in Christo patris et domini domini Wolfframi sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi apostolice sedis legati generalis, ad

Digitized by Google

vniuersorum tenore presencium deducimus noticiam, quod constitutus personaliter coram nobis discretus vir dominus Jacobus plebanus ecclesie in Strcziez proposuit, qualiter quedam littera, que ecclesiam suam predictam et ipsius rectores concernit, ex quadam humiditate et putrefaccione est destructa et corrupta, quam ibidem exhibuit, petens sibi eandem litteram, cum registris siue actis cancellarie dominorum vicariorum in spiritualibus archiepiscopatus Pragensis sit inscripta, renouari ac ex eisdem actis eidem litteram iuxta continenciam actorum decernere. Nos supplicacionibus dicti domini Jacobi iustis rationabilibus et juri consonis annuentes dicta littera visa et inspecta ipsaque corrupta ex humiditate et corrupcione reperta ac cum registris siue actis predictis diligenter auscultata eandem eidem domino Jacobo per omnia, prout in eisdem actis continetur, innouamus ac decreuimus in testimonium fore dandum, cuius littere tenor, prout in actis est descriptus, per omnia sequitur et est talis: [Folgen nun die Urkunden CXLII und CXLVI]. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigilli vicariatus archiepiscopatus Pragensis, quo ad presens vtimur, appensione iussimus communiri. Datum Prage anno domini millesimo CCClxxxxvmo die xiia mensis Januarii.

Ein ziemlich grosses, an einem Pergamentstreifen befestigtes Siegel in weissem Wachs. — St. Wenzel. Beiderseits Wappenschilde, und zwar: der rechte mit einem Querbalken, der linke aber mit fünf von rechts nach links gehenden sensenförmigen Streifen. — † Vicariatvs . Archiepiscopatus . Pragensis. † S.

CLXXXVII.

1398. 4. December. Rom. — *Papst Bonifaz IX. gestattet dem Abte Otto von Hohenfurt mit noch einem Mönche seines Klosters an anderen als den Fasttagen der Kirche Fleisch essen zu dürfen.*

Bonifatius episcopus seruus seruorum dei dilecto fillo Ottoni abbati monasterii in Altovado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exigit magne tue deuotionis et sinceritatis affectus, quo erga nos et ecclesiam Romanam splendere dinosceris, ut peticionibus tuis, quantum cum deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu cum vno ex monachis tui monasterii in Altovado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis, cuius abbas existis, quem ad hoc duxeris eligendum, in illis diebus, quibus alias de iure uel consuetudine non est esus carnium interdictus, carnibus uesci

Digitized by Google

libere et licite ualeas ac ualeat, dummodo tu uel ille, quem elegeris, ut prefertur, iuramento uel uoto proprio specialiter ad abstinenciam esus huiusmodi minime sitis astricti, quibuscunque statutis priuilegiis consuetudinibus et constitutionibus contrariis monasterii et ordinis predictorum nequaquam obstantibus, deuotioni tue auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum ij. Non. Decembris. Pontificatus nostri anno decimo.

An gelbrother Seide hängende Bleibulle. — Bonifatius. PP. VIII. — Unter dem Umbug der Urkunde: A. de Portugal; auf demselben: m. Pro. D. de Ariano und Paridanus; aussen: A. P. (?) verschlungen.

CLXXXVIII.

1399. 17. Juni. O. AO. — *Johann von Swietlik verkauft dem Wenlin von Zippendorf, dem Richter in Krumau und dem Caplan Mathias ebendaselbst einen halben Lahn in Swietlik sammt Zubehör um sieben Schock weniger zwei Prager Groschen.*

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris, quod ego Johannes filius quondam Welkonis de Swyetlyk vna cum omnibus fratribus et heredibus meis vniuersis presentibus et futuris sana mentis mee deliberacione et ex singulari assensu et consilio meorum amicorum vendidi et presentibus vendo medium laneum meum ibidem in Swyetlyk cum omnibus agris cultis et incultis area pratis pascuis siluis metis rubetis et vniuersis vtilitatibus ad eum quouis modo pertinentibus cum pleno dominio ac potestate, vnum talentum denariorum argenteorum annuatim censuantem, discretis et prouidis viris Weczlyno de Czypyn et iudici, qui protunc fuerit in Chrumpnaw, ac domino Mathie capellano protunc parrochie ibidem in Chrumpnaw eorumque successoribus futuris per eos perpetue habendum tenendum fruendum possidendum vendendum commutandum, seu pro qualibet eorum voluntate conuertendum, pro septem sexagenis grossorum Pragensium minus duobus grossis, quas me ab eis fateor percepisse pecuniis in paratis. De quo quidem medio laneo prescripto et eius attinenciis vniuersis ego Johannes prenominatus cum omnibus successoribus meis presentibus et futuris deinceps tenebor et tenebimur

Digitized by Google

diuisim, videlicet in festo sancti Jeorgii medium talentum denariorum argenteorum et in festo beati Galli tantumdem, annis singulis infallibiliter seu sine omni protraccione perpetuis temporibus censuare, bernam deuoluciones ac alia iura, prout aliorum incolarum ipsius ville consuetudo requirit, eciam porrigendo. Insuper promitto sine dolo ymmo sub puritate fidei et honoris, prelibata bona et eius omnes vtilitates prefatis emptoribus meis contra quemlibet hominem, cuiuscunque status aut condicionis extiterit, ipsa bona impetentem seu impetere volentem iure terre Bohemie pacificare atque libertare fatigiis meis propriis et impensis. Volens igitur hec omnia et singula per me et meos roborare et rata ac firma obseruare ad preces meas instantissimas sigillum nobilis et generosi domini Henrici de Rosemberch vna cum sigillis famosorum virorum Przybyconis de Zymuntícz, protunc purgrauii in Chrumpnaw, et Mikulawssonis de Wyetrzn propter carenciam sigilli mei proprii in testimonium presentibus est appensum. Et quicunque hanc litteram de predictorum Weczlini domini Mathie ac judicis protunc in Chrumpnaw bona habuerit voluntate, eidem tamquam ipsis in omnibus superius tactis competit ius omnium premissorum. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono feria tercia post sancti Viti.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* In rothem Wachs; das bekannte Siegel des Heinrich v. R. *b)* In weissem Wachs; ein Helm mit dem Vordertheile eines Pferdes zur Zierde. — † S. Przibiconis. De. Zymvntyez. *c)* In röthlichem Wachs; ein Helm mit einem Fässlein. — † S. Nicolai. D. Wysnie.

CLXXXIX.

cc. 1400. — *Das älteste Zinsbuch des Stiftes Hohenfurt.*

Fol. II.

Item census medius sancti Georgii pertinens ad pitanciam. Et circa festum sancti Michaelis eciam tantum.

In curia Lochowycz [1]) IX sol.

In curia apum [2]) IX sol.

---

[1]) Jetzt Lachenwitz. Wann und auf welche Art Hof und Dorf dieses Namens in den Besitz des Stiftes gekommen sind, ist nicht mehr nachweisbar.

[2]) Ist vielleicht der auf Befehl Kaiser Joseph's II. zertheilte Bauhof in nächster Nähe von Hohenfurt. Die „curia apum" wird schon zu Anfang des 14. Jahrhunderts urkundlich erwähnt.

Digitized by Google

In plagis ambabus Gerberti [3]) xviii sol. xx de.

In Boldau [4]) et Bŏrsyglag [5]) xiii sol. xiiii de. et i obulus. [Et lx de. cum awena semel in anno.]

In Lyebenthol [6]) xiii sol. minus vi de.

In Przyezowycz [7]), Merawycz [8]), Bona Aqua [9]), Ralycz [10]) iii tal. iii sol. iii de. Ibidem de stubis xxviii de. semel in anno. [Et de quodam agro xx de. semel in anno].

In Restlens [11]) lii de. et i obulus.

In Ockol [12]) x sol.

In curia Stokkern [13]) [vi] sol.

[In Kyrigslog [14]) i tal. vi de.].

In Schestaw [15]) circa Hŏrzycz iii sol. minus v obulis.

[Item de molendyno circa Stokharren xiii gr.]

In Oppach [16]) et Czedlycz [17]) xxi sol. xl [ix de. i obulus].

---

[3]) Es sind diese beiden „Schläge" (ausgerodeter Wald) des Gerbert die heutigen Dörfer Unter-Schlagl und Gerbetschlag, beide unweit der österreichischen Grenze. Sie gelangten schon im Jahre 1278 an das Stift.

[4]) Jetzt Waldau. Urkundlich erwähnt wird dieses Dorf zuerst im Jahre 1293, aber noch nicht im Besitze des Stiftes, sondern eines Rosenbergischen Getreuen.

[5]) Dürfte wohl das in einer Urkunde vom Jahre 1343 erwähnte Dorf Worsikslag — jetzt Woisetschlag? — sein.

[6]) Heute Liebenthal im unteren Mühlviertel. In den Urkunden des Stiftes wird es im Jahre 1378 zum ersten Male genannt.

[7]) Nun Pschieslowitz oder besser Přislowitz. Die Zinse in diesem Orte erwarb das Kloster im Jahre 1374.

[8]) Jetzt Mörowitz. Wann und wie dies Dorf vom Stifte in Besitz genommen ward, lässt sich nicht mehr urkundlich nachweisen.

[9]) Gutwasser. Diese Zinse wurden 1374 vom Stifte erworben.

[10]) Ich glaube, dass man hier „Kalycz" lesen solle; dann ist es das heutige Dorf Gollitsch, das urkundlich zuerst im Jahre 1341 vorkommt.

[11]) Ob und unter welchem Namen dieser Ort noch existirt, konnte ich nicht erforschen.

[12]) Nun Oggold, welche Ortschaft im Jahre 1349 das Stift erkaufte.

[13]) Heute Stockernhof. Allhier erhielt das Stift im Jahre 1397 Zinse geschenkt.

[14]) Kirchschlag, ein alter Ort, den ich zuerst erwähnt finde in einer Urkunde des Stiftes Schlägl aus dem Jahre 1283. Die Hohenfurter Zinse allda datiren von 1397.

[15]) Jetzt Schestau unweit Höritz. In den Hohenfurter Urkunden finde ich diesen Ort zuerst im Jahre 1372 erwähnt.

[16]) Dieser Ortsname hat sich bis heute unverändert erhalten. In den Besitz dieses Dorfes kam das Stift 1281.

[17]) Jetzt Sedlitz bei Krumau. Schon 1259 wird dieser Ort dem Stifte geschenkt.

Digitized by Google

In Royken [18]), Czwyenhlab [19]), ambabus villis, et in Angrer [20]) de vno laneo viii tal. iii sol. xi de.

De hiis dantur custodi ad officium suum annuatim ix sol.

In Seherleyns [21]) vii tal. iii sol. xii de.

In Pukkaus [22]) vii tal. x sol. xxi de.

De hiis dantur ad communitatem annuatim x sol. xii de.

[Item ibidem pro ebdomario de assumpcione ii sexag. et v gr.]

In Rosmberg a procuratore viii sol.

•

In Nusdorff [23]) anuatim x sol.

In Horssaw [24]) iii sol. minus vi de.

In Otyewyek [25]) iii sexa. minus viii de. anuatim. De hiis dantur ad communitatem ii tal.

•

•

[Et a Wilhelmo procuratore de Rosenberch xiii gr.]

[In Haczlow [26]) xiii gr. et viii gr. a (?) Safrano.]

•

[Item in Kyssyelow [27]) vi sol. De hiis dantur custodi annuatim pro farina ad oblatas lx de.]

[Item in Waykerstarff [28]) ius moncium iii sol. et i de. semel in anno].

---

[18]) Ein Name, den ich auf das jetzige Rukendorf oder Roiden (??) beziehen möchte. Gegen ersteren Annahme sträubt sich aber der Name Rukchendorf, welchen ich in dieser Form bereits in einer Urkunde des Jahres 1278 finde.

[19]) Jetzt Zwinelag, welches Dorf das Stift nach dem Nekrologen Jakob von Neuschloss im Jahre 1344 käuflich an sich brachte.

[20]) Nun Angern. Zuerst 1347 genannt. In einer späteren Urkunde führt diese Ortschaft den böhmischen Namen Buginnow.

[21]) Sacherles, welcher Ort in den Stiftsurkunden häufig vorkommt. Die ersten Zinse erwarb da das Kloster im Jahre 1360.

[22]) Heute Buggaus. Zuerst nennt diesen Ort das Testament Wok's von Rosenberg (1262), in den Besitz des Stiftes gelangte er aber erst im Jahre 1377.

[23]) Nussdorf bei Wien, wo das Stift schon im Jahre 1323 als Grundbesitzer erscheint.

[24]) Nun Horischau. Hier erwarb das Stift Zinse zuerst im Jahre 1385.

[25]) Auch häufig Oczyewyek. Nach Palacký's Popis král. česk. Hochdorf. Diese Zinse datiren von 1387.

[26]) Jetzt Hatzles. Zuerst genannt im Jahre 1385.

[27]) Jetzt Neustift in der Pfarre Schwarzbach? Die erste urkundliche Erwähnung dieses Ortes finde ich 1403.

[28]) Weikersdorf in Österreich ob der Enns (Mühlviertel), wo die Cistercienser von Hohenfurt im Jahre 1356 zuerst als Grundbesitzer erscheinen.

Digitized by Google

[Item in Kyrigsslag i tal. pro candelis ad missam maturam de assumpcione semel in anno datur ad officium custodie.]

Fol. III.

Item census medius sancti Georgii pertinens ad comunitatem. Et circa festum sancti Michaelis eciam tantum.

In Casclays et in Wolech [29]) vii tal. [xxxi de.].

De hiis dantur domino abbati vii sol. minus x de. et custodi iii sol. et pitanciario l. ii de. et i obulus.

In Suchdol [30]) [vi talenta xv de. i obulum xl gr. iii de.]. De hiis dantur custodi [v sol. vi den. et pitanciario vii sol. xxii de. i obulum].

In Walchunow [31]) [xiii sol. lii de. i obulus].

In Otyewyek i tal.

In Rayntol [32]) x sol. x de.

In Bukowsk v sol. vi de.

In Zahylays [33]) ii sex. xxvi de.

In Chwaletycz [34]) ii sex. minus vi de.

In Gebraslag [35]) vii tal. minus xxx de.

In Marthatislag [36]) de quodam agro xxx de.

Item de molendino In Slagel sub Rosperg [37]) xxi de.

De hiis omnibus semel in anno dantur pro prandio domini Petri quondam de Rosmberg [xxx gr.].

Et eodem die pauperibus ad portam xl[a] gr.

---

[29]) Ersteres möchte ich „Hasclays" (Hatzles) lesen oder „Castlays"; dann wäre vielleicht darunter das heutige Kastlern zu verstehen. In dem zweiten Namen finde ich das jetzige Wullachen, aber weder dieser noch jener Ort kommt bis 1500 in Urkunden vor.

[30]) Jetzt Suchenthal, wo das Stift zuerst im Jahre 1366 Zinse erwirbt.

[31]) Diesen Ortsnamen finde ich in derselben Form erst im Jahre 1405 in Urkunden. Wenn diese Ortschaft nicht mit dem jetzigen Walketschlag (ein Walkunslag finde ich 1363 urkundlich vor) identisch ist, so existirt sie meines Wissens nicht mehr.

[32]) Über Otyewyek siehe Note 25. Der Ortsname Rainthal kommt in Böhmen nicht vor. An Reichenthal im Mühlviertel aber, wo das Stift im Jahre 1357 durch Kauf von Bernhard von Harach Besitz erwarb, darf hier wohl nicht gedacht werden.

[33]) Über diese beiden Orte siehe Noten 21 und 22.

[34]) Chwaletitz; in Stiftsurkunden zuerst 1385 erwähnt.

[35]) Gerbetschlag. Vgl. Nr. 3.

[36]) Jetzt Martetschlag. Urkundlich zuerst im Jahre 1384.

[37]) Schlagl am Rossberg. Den Besitz dieser Ortschaft erlangte das Stift erst im Jahre 1500; sie scheint aber ebenso alt zu sein als die beiden plagae Gerberti und wird, wenn ich nicht irre, irgendwo einmal die tertia plaga Gerberti genannt.

Digitized by Google

Et custodi pro lumine [vnam sexag. minus xxx gr.]

Et camerario pro cuculis xv tal.

[Et custodi de lampade Stephani minus xx de 1 . .] (sic)

[Et de lampade sancte crucis 1 tal.]

[Et de lampade ad capellam beate virginis et pro candelis ad „salue regina" x sol. xii de.]

[Et pro lampade ante capellam infirmorum 1/2 tal.]

[Et pro decima vendita in Passerslog [38]) et in Czypin [39]) iii sexag.]

[Item in Gastlass [40]) et pratum speciale, de quo dantur annuatim xvi den. medietatem ad festum Georgii et medietatem Galli. Et illud pratum tenet Symon Chromar.]

[Summa census tocius anni pertinens ad comunitatem sunt in vniuerso lxvi tall. vii soll. xxvi de.]

[De quibus, qui regit comunitatem, tenetur dare ad officia sibi deputata xxx[a] talenta lxii de.]

Fol. IV.

[Summa census tocius anni pertinens ad pitanciam. De quibus tenetur pittanciarius porrigere aliqua ad loca sibi deputata et de residuo officium pitancie expedire.]

[In vniuerso sunt cxii talen. minus vi de.]

Fol. V.

Nota in crastino purificacionis agitur anniuersarium de vna sexag. cum viginti pauperibus domine Johancze de Wellessyn [41]).

In crastino Benedicti agitur anniuersarium domini Dyethochonis cum viginti quinque pauperibus; datur prandium de vno talento.

Item feria tercia proxima post pascha agitur anniuersarium Mykssykoni de Hodonicz, et conuentui datur prandium de quinquaginta gr.; de hiis dantur pauperibus ad portam lxx de.

---

[38]) Passauerschlag, jetzt Passern, ein Ort, der bereits 1291 urkundlich vorkommt.

[39]) Cipin, nun Zippendorf. In den Urkunden des Stiftes kommen die Namen eines in genanntem Orte hausenden Rittergeschlechtes häufig vor.

[40]) Vielleicht wieder Hatzles?

[41]) Vergleiche über diese und die folgenden Angaben das Todtenbuch des Stiftes und die Chronik des Jakob von Neuschloss.

Digitized by Google

Item die tercia post Bartholomei agitur anniuersarium dominorum Henrici de Rosmberg et Hermanni de Mylyczym cum xl[a] pauperibus; datur prandium conuentui de vna sexag.

Item in crastino post Petri ad vincula agitur anniuersarium Nicolai dicti Przyporzycze, purgrawii de Wyldensteyn, et datur conuentui prandium de vno talento.

Item tercia die post Nicolai agitur anniuersarium domini Henrici de Plumaw cum xl[a] pauperibus; datur prandium de vna sexag.

Item agitur anniuersarium domine Offeze post festum pasche; datur prandium de vno talento.

Item agitur anniuersarium in die sancti Dyonisii domino Gregorio de Herslag; datur prandium conuentui de ix sol.

Fol VI.

Item agitur anniuersarium Steynprechar in aduentu domini; datur prandium de vno talento.

Item agitur anniuersarium Woytyechonis de Gywowycz; datur prandium de vno talento minus viii denar.

[Item agitur anniuersarium Weczlini de Cypyn in die sancti Nicolai, siue in obitu suo, et datur prandium conuentui de vna sexagena gr. et xii de.]

[De hiis dantur pauperibus xlii den.]

[Item agitur anniuersarium domino Petro, sacerdoti de Rosis, et datur prandium ipso die de vii sol. et pauperibus xl gr. — et in die Etmundi (?) —]

Fol. VII.

Nota quod hec dantur pitancie abbate conuentui.

In vigilia natiuitatis Christi dantur duo fercula piscium, et pistum, et albus panis pro halense vnus, et vinum.

In „die sancto“ [42]) dantur strawin, et chach cum vno ferculo piscium, et vinum.

In circumcisione dantur owa in brodio.

In epyphania domini preding, niues et chnechel[43]), et vinum, et panem, si est in vigilia, vinum de gratia.

---

[42]) Der heilige Tag, d. i. der Weihnachtstag.

[43]) Oder „chuechel“?

Digitized by Google

Benedicti dantur ficus et pistum et vinum semel.

In annunciacione domini dantur esoces, vwa passa, amigdola et pistum et bis vinum.

In die palmarum dantur esoces, ficus, pisces, pistum et vinum.

In cena domini dantur esoces duplices, pisces, vwapassa, ficus, vinum et pistum.

In vigilia pasche dantur esoces duplices, vwapassa, ficus, vinum, et pistum.

In die pasche dantur due pitancie de ouis et vinum.

In ascensione domini dantur duo fercula de ouis, et vnum de piscibus et vinum.

In die penthen dantur duo fercula consweta et vnum de piscibus et vinum.

Fol. VIII.

In dedicacione ecclesie dantur duo fercula consweta de ouis et tria fercula de piscibus.

In die corporis domini dantur due pitancie conswete de ouis et vinum.

In vigilia assumpcionis beate Marie dantur duo fercula de piscibus et pistum et vinum.

In die assumpcionis s. Marie dantur duo fercula consweta in pitanciis et vnum ferculum in piscibus et vinum.

In natiuitate beate virginis dantur due pittancie conswete, vnum ferculum de piscibus et vinum.

In die omnium sanctorum dantur due pitancie et vinum.

[Anno domini M°CCCC°XIX° in festo sancte trinitatis facta est conuencio census de incude Flaxlini (?) ad (sic) domino abbate Przibislao, ita quod idem Flaxlius debet dare ad festum Georii x gr. et in festo Galli totidem et non plus.]

[Item in Chwaleticz Wenczeslaus et Jan habent de comunitate ibidem vnum hortum, de quo horto soluunt annuatim de censu XII de. et pro eodem orto tenentur comunitatem non inpedire in pellendo eorum peccora ultra ipsorum agros.]

Digitized by Google

Anmerkungen.

Vorstehendes Zinsbuch (liber censualis) ist durch sein Alter und seinen Inhalt eine gar nicht unbedeutende Quelle für die ältere Topographie des südlichen Böhmens. Sie ist namentlich nicht unbedeutend für Böhmen, wo derartige Quellen entweder noch nicht publicirt worden oder von dem Alter wie die vorliegende wahrscheinlich nur spärlich vorhanden sind.

Nach Schrift und Inhalt ist dieses kleine Zinsbuch um das Jahr 1400 sehr sauber auf acht Pergamentblätter (in 8°, das erste Blatt ist unbeschrieben) geschrieben worden. Die Zeilen stehen zwischen sorgfältig gezogenen Linien und es ist häufig zwischen ihnen ein Raum leer gelassen, um vielleicht spätere Eintragungen leichter vornehmen zu können.

Die nicht innerhalb Klammern stehende Schrift ist die älteste. Was ich aber mit Klammern eingeschlossen habe, ist im Laufe des 15. Jahrhunderts von verschiedenen Händen eingetragen worden. Die Sternchen bedeuten, dass an dieser Stelle eine ganze Zeile ausradirt worden ist.

Dieses älteste Zinsbuch des Stiftes Hohenfurt enthält ausser der Angabe der Zinse auch ein Verzeichniss der Jahrtage für die Gründer und Wohlthäter des Stiftes, das ich einmal schon wegen seines Alters und dann auch seiner Kürze wegen nicht weglassen mochte, und ein Verzeichniss der Pitanzien, d. h. der Speisen und des Weines, welche der Pitanzier (Küchen- und Kellermeister) an gewissen Tagen den Brüdern zu reichen hatte. Es hat letzteres Verzeichniss einigen culturhistorischen Werth, da sich aus ihm auf indirecte Weise abnehmen lässt, welch' einfache Lebensweise um 1400 bei den Brüdern Cisterciensern in Hohenfurt herrschte.

Das nächst älteste Zinsbuch des Stiftes ist im Jahre 1550 angelegt worden. Es sei ferner hier bemerkt, dass, wenn es in den beigefügten Noten heisst: „Dieser Ort wird zuerst erwähnt" etc., dieses „zuerst" sich nur auf die Hohenfurter Urkunden bezieht.

CXC.

1400. 30. April. Krumau. — *Heinrich von Rosenberg verkauft dem Pfarrer Nikolaus von Höritz für die Höritzer Kirche 107 Groschen und einen Denar Zinse in dem Dorfe Straikowitz.*

Nos Henricus de Rosemberg recognoscimus vniuersis presentibus horum habituris noticiam, quia honorabilis vir dominus Nicolaus plebanus ecclesie in Horzicz dilectus nobis deo deuotus zelo sincere caritatis accensus curaque bone voluntatis diem extremum judicii misericordie operibus diuine retribucionis intuitu cupiens preuenire, pro ecclesia sua ibidem in Horzicz, cuius tunc rector

Digitized by Google

ipsemet existit et ad cuius perfeccionem totis viribus anhelauit, centum et septem grossos et vnum denarium pro vtroque termino, scilicet pro termino sancti Georgii quinquaginta et tres grossos et quatuor denarios et totidem pro termino sancti Galli, census annui perpetui in villa Strazkowicz in incolis subscriptis: in Ottone quindecim denarios, Henzlino Gues tredecim grossos minus vno denario, in Petro tredecim grossos minus vno denario, Henzlino Leucharthar tredecim grossos minus vno denario, in Hayndlino sex grossos cum tribus denariis et Pesskone Giskra sex grossos cum tribus denariis, vnamquamque sexagenam census eiusdem pro duodecim sexagenis grossorum computando, certis ecclesie sue peccuniis a nobis emit et legittime comparauit eidemque ecclesie sue census illos per se tunc et deinde per successores suos omnes et singulos tenendos et colligendos perpetue jurisdicioni applicauit et incorporauit, nobisque omnia illa ita nichilominus eidem ecclesie adaucta et comparata cum singulis et vniuersis illis pertinenciis, que sic iusto acquisitionis et comparacionis titulo in presenti potuit uel in futuro poterit largicione Christi fidelium seu alio quouismodo adipisci, ad fideles manus nostras ad tabulas terre regni Boemie intabulauit, de nobis tamquam de patrono legittimo ac nostra de progenie seu successorum nostrorum posteritate gerens confidenciam singularem, nosque tamen aut nostri posteri in bonis eisdem nullum jus obtinemus uel vnquam penitus obtinebunt. Sed tandummodo pro securitate dicti domini Nicolai ac suorum successorum seu ecclesie eiusdem pro securitate eandem acceptamus intabulationem. Spondemus igitur nos Henricus prenominatus fide pura et sincera presentibus sine dolo per nos heredes ac successores nostros ratum firmum et gratum sic teneri et haberi fideliter, quatenus facientes iustum acceptum et dilectum deo et hominibus et predictis emptioni et applicacioni et intabulacioni derogantes minime bona eadem predicta, ut prefertur, dicte comparata et anexa ecclesie nullatenus impediamus molestemus uel pro nobis quomodolibet vsurpemus uel nostri successores vsurpent, ymmo efficaciter tueamur protegamus et defendamus bona illa tamquam propria nostra. Sed quocumque anno, quociescumque hoc euenerit, quod berna regia generaliter in toto regno collata fuerit, eandem nos Henricus predictus et successores tenebimur multum gratiose a huius census censualibus incolis acceptare, inhibemus etiam vniuersis et singulis officialibus nostris speci-

Digitized by Google

aliterque tentoribus et rectoribus bonorum nostrorum in Nouo Castro et in Crumpnaw precipue burgrawiis nostris fidelibus, qui nunc sunt aut erunt pro tempore, districte et firmiter, ne predicte ecclesie homines et bona ipsius in hac nostre donacioni (sic) facta intabulacione impediant uel ab aliis permittant impediri, verum ipsa in ea manu quemadmodum et nos teneant protegant fauorabiliter defendant et conseruent, quoniam hec ipsa nostra et nostrum omnium sincera affectio tuicionis predictorum bonorum preamabilis suffragatrix nostrarum saluti animarum efficietur, que nos vna cum emptore (?) census prenotati dilectissimo domino Nicolao plebano in Horzicz auctore domino deo abluet a peccatis et gratiam nobis restituet saluatoris. Vt autem hec prescripta nostra promissa robur expedite firmiter obtineant, presens scriptum fieri nostrique cum scitu pleno sigilli maioris ac cum sigillis famosorum virorum, puta Przibikonis de Zimunticz protunc purgrawii nostri in Crumpnaw et Woytyechonis de Grasselow, qui cum bona sua voluntate nostrum ad affectum in testimonium sua sigilla appenderunt, nosque nostro sigillo pretuito presencia duximus munimine roborandum. Datum in Crumpnaw castro nostro anno domini millesimo quadringentesimo feria sexta in vigilia sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Das bereits beschriebene Siegel Heinrich's v. R. an einem Pergamentstreifen hängend ist allein mehr vorhanden.

CXCI.

1400. 6. Mai. O. AO. — *Benesch, genannt Matschuta, gibt dem Pfarrherrn Thomas in Oberhaid und dessen Nachfolgern eine Wiese zu Eigen.*

Ich Benesz Matschuta allso genandt bekhenne mit disem brief allen denen, so in sehen anhören oder lesen werden, dasz ich guetwillig vnd mit meinen völligen verstand verschafft habe di wisen, so auf dem Mosz ligent ist neben der Freystätter weg, gegen dreyer Oberhaider liser; soliche wisen hab ich verschafft den Thomaszen pfarrherrn zu Oberhaidt auf ewig vnd nach ime künftigen pfarrherrn nach meiner lieben kinder seeligen, welliche cörper in gottshausz zue Oberhaidt begraben ligen, vnnd ihre nahmen in der kirchen bücher eingeschriben sint, damit ferre neben andern christglaubiger seelen disz eine gedechtnus seye. Entgegen ich Thomas pfarrer zue Oberohaid verobliegiere vnd verschreibe mich mit disen brieff vnd

Digitized by Google

noch mier künftige pfarrherrn, dasz ich vnd sie schultig sint für ihre liebe seele vnd nahmen nemblich auf jeden sontag in der predig neben andern christgläubigen seelen ewig für sie den barmherzigen gott zu bitten, dasz der liebe gott ihnen vnd vnsz die ewige wohnung verleihen vnd mittheilen wolle vnd . . .“ Dieser brieff ist gegeben worden nach Christi geburt im 1400. jahr den ersten pfingstag nach Philipy Jacoby beyder apostel.

Nach Kühbeck Dipl. I, 574. Derselbe copirte eine nun nicht mehr zu findende Abschrift und macht an bezeichneter Stelle folgende Bemerkung: „Was hier weiter folgt, ist von Unsinn und daher zur Abcopirung nicht geeignet“.

CXCII.

1402. 16. October. O. AO. — *Heinrich von Rosenberg und sein Sohn Peter verkaufen ihren ganzen Antheil an dem Dorfe Jarmirn den Brüdern Weclin und Gregor von Zippendorf um 120 Schock und zwölf Prager Silbergroschen.*

Nos Henricus et Petrus filius ipsius utrique de Rosembergh principales actores et venditores tenore presentis littere vniuersis et singulis publice profitemur, quia sana cum deliberacione et salubri prehabito consilio vrgente nos necessitatis articulo vendidimus partem nostram totalem ville Yaromyrow, decem sexagenas grossorum argenteorum cum vno grosso annuatim censuantem, cum omni iurisdictione agris cultis et incultis censibus emendis honoranciis robotis paseuis pratis communitatibus singulisque prouentibus iuribus et pertinenciis ac pleno dominio et libertate ad partem predicte ville et eius incolas spectantibus, sic quod nec pro nobis aut nostris successoribus in eadem villa et eius incolis iam condescensis aliquid iuris relinquimus, sed in toto vendidimus famoso viro Weczlyno et Gregorio fratribus de Czypyn et ipsorum heredibus et ad manus famosorum virorum videlicet Petri de Vzdyeczow Przybiconis et Jeorgii fratrum quondam Nicolay de Elhota vero et iusto vendicionis titulo pro centum et viginti sexagenis ac duodecim grossis grossorum argenteorum monete Pragensis iure hereditario ad habendum tenendum regendum possidendum vtifruendum libere et pacifice perpetuis temporibus, prout nosmet et antecessores nostri eundem censum in eadem parte ville hucusque libere et quiete dinoscuntur tenuisse. Et pro eisdem bonis a prefato Weczlyno recepimus omnes predictas paratas pecunias nos Henricus et Petrus antedicti. Eadem igitur bona nos Henricus et Petrus prenominati de Rosembergh

Digitized by Google

atque nos Przybico de Zymuticz protunc castri Chrumpnaw purgrauius et Woytyecho de Kraselow protuuc purgrauius in Meydstain fideiussores pro ipsis et cum ipsis dominis Henrico et Petro predictis de Rosembergh omnes indiuisa manu fide nostra bona omni sine dolo volentes dictum Weczlynum et Gregorium ac heredes et amicos eorum prescriptos in huiusmodi empcione certos et securos reddere promittimus, a data presencium ad sex annos continue reuoluendos disbrigare et libertare ante omnes orphanos, ante queuis dotalicia, ante omnem hominem status cuiuslibet impetentem uel volentem impetere, et fideliter ipsis sex annis expletis et decursis in primis quatuor temporibus tunc venientibus aut finaliter in secundis quatuor temporibus proxime tunc sequentibus predicto Weczlyno et Gregorio aut eorum heredibus et amicis predictis intabulare ad terre tabulas regni Bohemie bonos disbrigatores bonorum eorundem tunc statuentes, veluti ius terre Bohemie postulat et requirit. Si uero, quod absit, eadem bona cum omnibus eorum appendenciis superius expressis disbrigare et libertare aut intabulare negligeremus, extunc de tot et tantis et tam bonis nostris mundis liberis propriis hereditatibus, prout dicta bona se extendunt, etiam et tercia parte plus adaucta dicto Weczlyno et Gregorio heredibus ac amicis eorum prescriptis condescendere promittimus et debemus omni occasione et contradictione procul motis. In casu autem, si nos in huiusmodi bonorum disbrigacione intabulacione aut aliorum in tercia parte plus valencium bonorum condescensione contrarii essemus et negligentes, extunc mox et statim duo nostrum, qui primum moniti fuerimus, se per alios non excusantes cum duobus famulis et quatuor equis ingredi tenebimur ciuitatem Chrumpnaw ad honestum ibidem hospitem, qui nobis per predictos deputatus fuerit, prestituri ibidem obstagium debitum et consuetum. Nos vero Henricus et Petrus predicti de Rosenberk, si pro faciendo obstagio moniti fuerimus, tunc loco nostri alium famosum clientem in ipsum obstagium poterimus collocare, abinde ipsi nos obstagiantes, qui extiterimus, exituri nullo quoquam super iure, nisi prius omnimode disbrigauerimus intabulauerimus bona eadem omnia supradicta aut in bonis nostris tercia parte plus condescenderimus, veluti per nos superius firmiter et infallibiliter est expressum. Elapsis uero quatuordecim diebus a predicto obstagii termino continuis prestito per nos obstagio uel non prestito prefatis per nos nondum expletis, predicti potestatem habent plenam, quam eis presentibus damus et

Digitized by Google

concedimus, predictas sortis pecunias cum tercia parte plus pecuniarum accrescente conquirendi nostrum omnium super dampna inter Christianos uel Judeos nobis tamen semper tamdiu dictum seruantibus obstagium, donec per nos prenominatis creditoribus nostris de predictis omnibus satisfactum fuerit plenarie et in toto. Eciam et de dampnis omnibus et singulis, que predicti per legaciones itineraciones expensas impensas seu per alium quemuis modum ob nostre negligencie incuriam perceperint et se ea percepisse iuramento in cruce sine cespitacione, quod dicitur bez zmatku, asserere presumpserint, satisfacere promittimus in toto. Hoc eciam notanter expresso et excepto, quod nos Henricus et Petrus prefati de Rosenberk vna cum heredibus et successoribus nostris predictam partem ville Yamyrow, sicut superius est tactum, per nos venditam ex speciali et beniuolo consensu Weczlyni et Gregorii prefatorum et heredum ipsorum a data presencium infra sex annos se continue sequentes cum eadem summa pecuniarum veluti est vendita, reemere possumus hominis cuiuslibet difficultate qualibet non obstante. Et si quis nostrum medio in tempore diuina permissione mortuus extiterit, vnus aut duo tunc mox infra vnum mensem a die obitus illius uel illorum continuum sub pena similis obstagii, ut predicitur, eque probum uel probos habentem uel habentes nobiscum nos residui statuere spondemus loco defuncti uel defunctorum ad nos pro fideiussore assumentes litteram presentem infringendo et aliam de nowo huic similem renouando, condicionibus tamen in ea verius obseruatis. Et si quis nostrum contra presentem litteram se uerbo uel facto opposuerit aut aliqua iuramenta prestare voluerit, hoc sit et esse debet in sui ipsius preiudicium, sed non huius littere detrimentum. Et quicunque presentem litteram cum bona voluntate et pleno ac libero consensu sepetacti Weczlini habuerit heredumque suorum, eidem ius competit omnium premissorum. In quorum omnium testimonium et firmius roboramentum, ut omnia premissa in singulis suis punctis et clausulis rata et firma permaneant, sigilla nostra propria nostra de certa sciencia presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo quadringentesimo secundo feria secunda die sancti Galli venerabilis confessoris.

Vier kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel zum Theile schlecht abgedruckt. *a* und *b* in rothem, *c* und *d* in weissem Wachs. *a)* Das bekannte Siegel Heinrich's von Rosenberg. *b)* Dieser jüngere Peter von Rosenberg hat

Digitized by Google

entweder das Siegel des älteren Peter und zwar dessen kleines (vergl. CIV) hier angehängt, oder ein völlig gleiches geführt. *c)* Siehe CLXXXVIII *b*. *d)* Schild mit dem Vordertheil eines Pferdes, darüber ein Helm mit dem Schildeszeichen zur Zierde. — S . Woyty . . . . De . Kraselow.

CXCIII.

1402. 13. November. Rom. — *Papst Bonifaz IX. gestattet den Äbten von Hohenfurt das Tragen der Pontificalien und verleiht ihnen das Recht, den feierlichen Segen zu spenden, den Novizen ihres Klosters die niederen Weihen zu ertheilen u. s. w.*

Bonifatius episcopus seruus seruuorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii in Altouado Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exposcit uestre deuocionis sinceritas et religionis promeretur honestas, ut tam uos, quos spetiali dilectione prosequimur, quam monasterium uestrum condignis honoribus attolamus. Hinc est, quod nos nostris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu fili abbas et successores tui abbates dicti monasterii, qui pro tempore fuerint, mitra anulo baculo pastorali sandalis et aliis pontificalibus insigniis libere, ut possis et possint, nec non quod in dicto monasterio et prioratibus eidem monasterio subiectis ac in parrochialibus et aliis ecclesiis ad uos communiter uel diuisim pertinentibus, quamuis uobis pleno iure non subsint, benedictionem solemnem post missarum vesperorum et matutinarum solemnia, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis antistes uel sedis apostolice legatus presens non fuerit, elargiri ac vestes et alia ornamenta ecclesiastica necnon calices et altaria non consecrata consecrare et benedicere ac ecclesias et cimiteria sanguinis aut seminis effusione polluta monasteriorum prioratuum et ecclesiarum predictorum reconciliare et monachis nouitiisque eiusdem monasterii minores ordines impendere libere et licite ualeas et successores prefati ualeant, deuotioni uestre auctoritate apostolica tenore presentium de spetiali gratia indulgemus, felicis recordationis Alexandri pape iii. predecessoris nostri que incipit: „Abbates", et aliis constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus tam huiusmodi monasterii quam ordinis uestri ac aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Per hoc autem constitutioni, que huiusmodi reconciliationes per episcopos tantum fieri precipit, nullum alias uolumus preiudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis

Digitized by Google

infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum Id. Nouembris. Pontificatus nostri anno quartodecimo.

1. Verwitterte, an gelbrother Seide hängende Bleibulle. Unter dem Umbug der Urkunde: Jo. de Bononia; auf demselben: Grat. de mandato domini mei pape; aussen; R. Jac. (verschlungen, Jacobus Romanus?).
2. Jongelin Abb. Ord. Cistere. l. V. p. 18.

CXCIV.

1403. 15. Juni. Poreschin. — *Marquard von Poreschin verkauft dem Abte Otto und dem Convente in Hohenfurt seine unterhalb des Dorfes Einsiedl gelegene Mühle um fünf Schock und zwölf Groschen.*

Ja Marquart z Porzessyna wyznawam sye tyemto listem obocznye przedewssemi lydmy, ktoz gey vslyssye nebo czysty budu, ze sem prodal swoy mlyn pod Nayzydly ku prawemu dyedyczstwy za pyet kop a za dwanadczt grossow cztnemu muzy knyezy Otykowy oppatowy z Wyssyehobrodu y k geho klasteru wyecznye nycz sobye tu neostawuge zadneho prawa, se wssym swobodstwym y s panstwym, yakoz sem sam drzal. A to ya drzewe rzeczeny Marquart gmam y slybugy gym zprawyty, a podle mne y za mye pan Przybyk bratr moy z desk, a Raczek z Dluhe toho czassu purkrabye na Porzessynye slybugem wssyczkny swu dobru wyeru, spolecznu ruku swrchupsany mlyn zprawowaty zemskym prawem przed kazdym czlowyekem, a zwlasstye przed syrotky y przedewssemy zapysy y przed kostelem Kapplyczkym, yakoz zemye za prawo gma. Paklybychom toho nezprawyly, tehdy gmame y slybugem na swych swobodnych dyedynach vkazaty trzetynu wyssye, neb hotowymy penyezy daty take trzetynu wyssye. Paklybychme toho wsseho nevczynyly, czoz gest swrchupsano, tehdy gmame y slybugem w lezenye wgety do Rosmberka ku poczestnemu hospodarzy s gednyem konyem a tu lezety a odtud newygezdyety na zadne prawo, az bychom to wsseczko splnyly, czoz tento lyst swyedczy. A tomu wssemu na potwrzenye a na lepssye swyedomye my swrchupsany swe peczety k tomuto lystu sme przywyessyly swym swyedomym a s nassy dobru woly. Dan y psan ten lyst na Porzessynye leta po narozeny syna

Digitized by Google

bozyeho po tyssycz po cztyrzech stech letech leta cztwrteho den swateho Vyta muczedlnyka bozyeho.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a* und *b* in schwarzem, *c* in weissem Wachs. *a)* Ein Schild, worauf ein Pfeil. — † S . Marqvardi . D. Poresin. *b)* Ein in vier Felder getheilter Schild, wovon zwei mit Pfeilen, zwei aber geschacht. — S . Przibiconis . D . Poriezin. *c)* Ein Helm mit einem Paar zweimal gebogener Hörner. — † S . Raczkonis . De. [Dobeyow?]

CXCV.

1404. 25. Juli. Hohenfurt. — *Abt Otto und der Convent zu Hohenfurt urkunden über mehrere ihnen von Weclin von Cipin zu seinem und seiner Vorfahren Seelenheile gemachte Schenkungen.*

In nomine domini amen. Actus temporum facile vacillant edacis exterminio vetustatis absorpti hominum a memoria et labuntur, nisi scripture viuacis presidio ac fidelium testium amminiculo roborati perhennentur. Quoniam apices litterarum rei geste noticiam maxime perpetuant, a capcionibus doli hominum tempore labente defendunt et conseruant, de consilio sane prouidencie est inductum, vt recordacione durante in scripti efficaciam redigantur. Nos igitur Otto miseracione diuina abbas Petrus prior Przibiko cellerarius totusque conuentus fratrum monasterii in Altouado ordinis Cisterciensis Pragensis diocesis tenore presencium publice profitemur, quod famosus Weczlinus de Czipyn armiger dicte diocesis sanus et incolomis mente pariter et corpore non compulsus nec coactus, sed ex mera pura et propria sua liberalitate ob remedium sui ipsius salutare et animarum suorum progenitorum dedit assignauit et donauit nobis prefatis abbati et conuentui quinquaginta duas sexagenas grossorum denariorum Pragensium pecuniis in paratis ad censum annuum perpetuum occurrentem comparandum, et vnam sexagenam grossorum dictorum denariorum census annui perpetui cum duodecim denariis et duobus pullis in curia Hayneczlini in Stackaru et in villa Swyetlik in allodio, wlgariter Sedlissczе nuncupato Jaklini, per pyttanciarium tollendum, ac vnum talentum denariorum census annui perpetui in eadem villa Swietlik super allodio Petri filii judicis per custodem dicti monasterii tollendum. Talibus tamen condicionibus et oneribus prehabitis primo, quod omni die celebri, siue sit simplex feria, siue quod festum occurrat mane, circa ortum solis vel maturius, prout ipsis abbati et conuentui melius conuenire videbitur, vnus de fratribus dicti conuen-

Digitized by Google

tus debet officiare siue legere missam de assumpcione sancte Marie et hoc nominaliter in et super altari sancte crucis in prefato monasterio non obstante missa illa, que incipit: „Salue sancta parens", que ex ordine in claustro predicto solita est celebrari. Et eidem presbitero huiusmodi missam legenti pyttanciarius prefati monasterii prouidere debet de ferculis et potacionibus, sicut domino priori aut in suo loco residenti circa nolam in refectorio conuentus nichil minuendo, custosque qui pro tempore fuerit, pro talento denariorum prefato ad officium eiusdem misse quolibet die, ut prefertur, duas candelas cereas incendere debebit, a principio usque finem ardere permittendo. Pyttanciarius vero prenominati monasterii pro tempore existens in die sancti Nicolai omni anno de dicta sexagena grossorum cum duodecim denariis in Stackaro et in Swietlik, ut prefertur, fratribus ibidem in refectorio prandium faciat ad extensionem eiusdem sexagene, quousque predictus Weczlinus viget in humanis; ipso vero decedente tunc in antea in die obitus et demum in anniuersario ipsius quolibet anno sequente perpetuis futuris temporibus dictum prandium prenominatis fratribus ordinetur pittanciarium per eundem. Insuper tali die obitus ac anniuersarii idem pittanciarius pauperibus in porta dicti monasterii denarios distribuet quadraginta. Nos quoque prenominatus abbas prior cellerarius totusque conuentus bona fide et sub fidei ac consciencie nostre puritate promittimus et spondemus, inviolabiliter rata grata atque firma omnia et singula onera suprascripto de primo ad vltimum implere perficere et prosequi negligencia dolo et fraude omnimode postergatis. Si autem, quod absit, omnia onera prescripta seu aliquod illorum per nos prefatos abbatem et conuentum neglectum seu obmissum fuerit et non adimpletum, extunc nobilis dominus Henricus de Rosembergh aut heredes ipsius fundatores dicti monasterii habet et habebunt omnimodam ac potestatem plenariam, quam sibi damus presentibus, nos prefatos abbatem et conuentum compellendi et artandi omnibus ac singulis oneribus suprascriptis ac cuilibet illorum omnimode subiacere eademque prosequi, prout superius sunt notata. In cuius rei robur presentem litteram ipsi Weczlino et heredibus suis damus sigillis nostris videlicet Ottonis abbatis ac conuentus dicti monasterii de nostris scitu et voluntate appensis sigillatam, et in testimonium nobiles domini Henricus et Petrus filius eius primogenitus de Rosembergh nostri benigni fundatores ad preces nostras

Digitized by Google

sigilla ipsorum de eorum certa sciencia presentibus sunt appensa. Datum anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo quarto in die sancti Jacobi apostoli in nostro monasterio antedicto.

Die Siegel fehlen. Der Rand auf allen vier Seiten weggeschnitten.

CXCVI.

1405. 3. April. O. AO. — *Ulrich von Walkunow verkauft dem Rosenberger Burggrafen Johann von Slawkow einen Hof in Walkunow und zwei Zinspflichtige in Kysélow um 41 Schock weniger acht Prager Groschen.*

Ja Oldrzych z Walkunowa wyznawam tyemto listem tyem wssem, ktoz gey budu czysty neb czteny slyssseti, ze z dobrym rozmyslem s mych przatel radu prodal sem dwor swoy, na nyem sem sam sedyel, a dwa podsyedky v Walkunowye a lan cyely na dwu kmety w Kysyelowye, z kderzez dyedyny platye do roka z dworu geden a kopu grossow kazdy podsyedek puol osma grossye, a s lanu oba kmety geden a paddesat grossow a trzy penyezye strzyebrnych razu Prazskeho, slowutnemu panossy Janowy z Slawkowa w ten czas purgraby na Rozmbercze y geho dyedyczom s dyedynu, s lukamy, s lesy y s potoky, s tyem se wssyem, czoz k tomu przyslussye s plnym panstwym yako sem sam drzal nycz sobye tu zadneho prawa neostawuge, za gednu a cztyrzydczety kop grossow strzyebrnych razu Prazskeho bez osmy grossow. A ty wsseczky penyezy przygal sem od nyeho v plnye penyezy hotowymy, a tyech dyedyn sem gemu postupyl ku prawemu dyedyczstwy, y slybugy y swymy rukoymyemy y zprawczemy s Petrem Zestowczem z Olbramowycz a s Janem z Glazar, a my drzewe rzeczeny Petr a Jan slybili sme y slibugem za drzewe rzeczeneho Oldrzicha y s Oldrzychem wssychny gednu ruku nerozdyelnu swu wyeru bezewssye sle lsty drzewe rzeczene dyedyny zprawyty a oswobodyty przed kazdym czlowyekem, kterehozby stawu byl, zemskym prawem a zwlassczе przedewssemy wyeny a przed syrotky y przedewssemy zapysy Krzestyanskymy y Zydowskymy, yakoz zemye Czeska prawo ma a wedsky zemske wlozyty, dobre zprawcze postawyczy na prwnye suche dny, na druhe, a nebo konecznye na ty suche dny, gesto budu po swatem duchu, nebo gesto budu k swatemu Waczlawo, a nebo konecznye na trzetye gesto budu k bozyemu narozeny nayprw buduczyemu podany tohoto listu. Paklybychme ktereho naprzed psaneho nevczynyly gehoz

Digitized by Google

boh neday, ze bychme drzewe rzeczenych dyedyn zprawyty nemohly a oswoboditi, a nebo wedsky newlozyly, tehdy mame a slybyli sme na swych swobodnych dyedynach a na tak dobrze osyedlich tolykez platu postupyty a trzetynu wyetye, a ty dyedyny zprawyty, a nebo hotowymy penyezy trzetynu wyecze daty skutecznye a vplnye. Paklybichme toho wsseho nevczynyly, tehdy y hned, kterzyzby z nas byl na pomenut, bezewssye omluwy geden druhym sye neomluwage mame a slibyli sme geden se dwyema konyoma a s gednym pacholkem wgety do myesta Krumlowa ku potsczywemu hospodarzy, kdezby nam bylo vkazano, w prawe a wobykle lezenye. A kdyzby mynulo po trzynazty dnech od na pomenutye lezme neb nelezme, tehdy drzewe rzeczeny Jan z Slawkowa ma plnu mocz drzewe rzeczene penyezye gednu a cztyrzydezety kop grossow bez osmy krossow a strzetynu wyecze wzyety mezy Krzestyany nebo Zydy na nassy na wssy sskodu y na nasse na wsseczko zbozye, a my nemame na nyzadne prawo wygety z lezenye, a z bychme zaplatyly drzewe rzeczene penyezye gistynu y se wssemý sskodamy, kterezby wzyely pro nasse neplnyenye, potom gezdyecz, posly sselycz, kterakz kolywyek, gestoby mohly dobrym swyedomym pokazaty, ty wsseczky sskody mame zaplatyty penyezy hotowymy. A kterzyzby z nas rukoymy s tohoto swyeta s ssel, tehdy my zostaly mame a slybili sme w nayblyzssyem myesyety gyneho k sobye rukoymy postawyty tak dobreho a tak a tak (sic) mowyeteho, a gyny list tymyz slowy obnowyty, a to pod lezenym drzewe rzeczenym. A ktozby tento list myel, ten ma tez prawo, yako on sam; a ktozby sye tomuto listu protywyl skutkem neb rzeczy, to ma byty proty geho czty a proty geho wyecze, ale ne tomuto lystu na pohorssenye. Na kterez wyecy po twrzenye a bez peczenstwy nasse wlastnye peczety s nassym dobrym wyedomym k tomuto listu przywyesyli sme. Gen gest dan a psan leta od narozenye bozyeho tysycz cztyrzysta pateho v patek przed swatym Ambrozem.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. — *a)* Das Siegel des Ausstellers dieser Urkunde ist schlecht abgedruckt, die Umschrift völlig unlesbar; die Zeichnung besteht in einem Helm mit einem Fische zur Zierde??? *b)* Ein Helm mit einem Hahn. — † S . Petri . D . Wolbramovic. *c)* Ein Schild, worauf ein Hahn. — † S . Johanis . D . Glazar.

Digitized by Google

CXCVII.

1406. 11 Jänner. Mendici. — *König Wenzel IV. gestattet dem Johann von Borowetz, seine Güter wem und wann immer schenken oder testiren zu dürfen.*

Wenceslaus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex notum facimus tenore presencium vniuersis, quod animo deliberato et de certa nostra scientia Johanni de Borowecz alias de Rowna fideli nostro dilecto fauimus et indulsimus fauemus et de speciali nostra gratia indulgemus, quod ipse bona sua hereditaria, que ibidem in Rowna habere dinoscitur, in vita vel in morte iuxta sue voluntatis arbitrium tam personis ecclesiasticis quam secularibus testare legare donare deputare et assignare valeat atque possit, decernentes et expresse volentes, quod is vel illi, cui vel quibus predicta sua bona, ut premittitur, testanda seu leganda decreuerit omni eo jure et libertate, qua predictus Johannes ipsa pronunc possidet, habere tenere et possidere debeant pacifice et quiete, impedimentis quorumlibet procul motis. Presencium nostre regie maiestatis sub sigillo testimonio litterarum. Datum Mendici anno domini millesimo quadringentesimo sexto die vndecima Januarii regnorum nostrorum anno Boemie quadragesimo tercio Romanorum vero tricesimo.

Per dominum Conr. subcamerarium Jacobus canonicus (?) Pragensis.

Grosses, beschädigtes, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in weissem Wachs. — Der König in vollem Schmucke auf einem Throne sitzend, zu dessen Seiten zwei Wappenschilde mit einem Adler und einem doppelt geschwänzten Löwen. — † Wenzesl . Dei . Gracia . . . . . orum . Rex. Semper . Avgvstvs . Et . Boemie . Rex. Das kleine Gegensiegel in rothem Wachs zeigt einen Doppeladler mit einem Brustschilde, worauf ein doppeltgeschwänzter Löwe.

CXCVIII.

1406. 2. Februar. O. AO. — *Johann genannt Borowetz von Rowna gibt dem Abte Stephan und dem Convente des Klosters Goldenkron seinen Hof im Dorfe Ruben sammt allem Zubehör zu Eigen.*

Ego Johannes dictus Borowetz de Rowna, quia de licencia et permissione gratiosa serenissimi domini nostri regis Wencezlai

Digitized by Google

bona mea, que in dicta villa Rowna possideo, dare seu testari, cui voluero, possum, sicut suis litteris hoc mihi dignatus est confirmare, quarum quidem litterarum etiam tenor ob maioris certificacionis euidenciam per omnia sequitur in hec verba: [Folgt die Urkunde N. CXCVII inserirt]. Idcirco ego ipse prefatus Johannes Borowetz de Rowna singulis ac vniuersis, tam qui pro nunc sunt, quam in posterum futuris, per hec infrascripta notum facio et recognosco publice ac manifeste, quod deliberato animo sanoque et maturo amicorum meorum consilio necnon heredum meorum, quorum quomodolibet (?) interesse poterit, precipue tamen et expresse fratris Lamberti filii mei in Mylawsk ordinis Premonstratensis professi, Margharete quoque vxoris mee, sed et Agnesce ac Offzce ambarum filiarum mearum plenaria liberaque voluntate et consensu curiam meam in prefata villa Rowna cum omnibus iuribus et iurisdictionibus ad eandem pertinentibus seu spectantibus, videlicet censibus et censualibus agris pratis pascuis siluis rubetis cultis et incultis riuis piscacionibus omnibusque ac singulis terrenis vsufructibus, quocunque soleant debeant uel possint nomine dici seu nuncupari, prout hactenus ego atque supradicti mei censuales ea cum omnibus suis pertinenciis usque in hanc diem habuimus tenuimus ac possedimus pacifice et quiete, honorabilibus et religiosis viris domino Stephano abbati et conuentui monasterii Sancte Corone ordinis Cysterciensis Praghensis dyocesis ex die presenti nunc (?) et deinceps temporibus perpetuis libere quiete ac pacifice tenendam habendam possidendam atque fruendam trado et condescendo deputo et assigno, ita ut nullus vmquam hominum, cuiuscunque status condicionis gradus siue sexus existat, pro supranominatis bonis uel qualicunque eorum parte prescriptos dominum abbatem, uel qui pro tempore fuerit, siue conuentum iuris quippiam nec potestatis habere possit uel debeat ammouendi impetendi molestandi neque etiam inferendi dampnum quodcunque siue grauamen. Ad veriorem eciam confirmacionis certificacionis bona hac eadem tabulis terre inscribi eis feci et intabulari. Vt vero iamdicta huiusmodi mea tradicio condescensio deputacio assignacio et intabulacio inconuulsa perpetuo et indistracta permanere nec cuiusquam hominis contradictione renisu uel obsistencia irritari quoquo modo possit aut infringi, supplicaui nobili et generoso domino domino Henrico de Rosenberg necnon strennuis et honestis viris domino Marchwardo militi de Poressyn, Pessykoni de Dudlyb

Digitized by Google

et Myxikoni de Myssnytz generis meis, quatenus sigilla sua vna cum sigillo meo presentibus appenderent in testimonium premissorum, quod et libenter beniuoleque facere curauerunt. Nos quoque Henricus de Rosenberg, Marchwardus de Poressyn, Pessyko de Dudlyb et Myxiko de Myssnytz recognoscimus et fatemur, quod de certa nostra sciencia bonaque voluntate et consensu sigilla nostra vna cum sigillo sepedicti Johannis Borowetz in eorum, que sunt prescripta, testimonium presentibus fecimus appendi. Datum anno domini millesimo quadringentesimo sexto in festo purificacionis beate virginis Marie.

Fünf an Pergamentstreifen hängende, kleine Siegel. *a)* Ein Schild, worauf ein Ziegenbock. — † S . Johannis . De . Bor. In weissem Wachs. *b)* In rothem Wachs. — Schild mit einer Rose, worüber Helm mit eben solcher Zierde. — † S . Henrici . De . Roseberg . Vergl. CLXI. *c)* Siehe CXCIV. *a.* Hier in schwarzem Wachs. *d)* In weissem Wachs, schlecht abgedruckt. — Ein Helm mit dem Brustbilde einer Frau? — [† S . Peskoni . Dvdle . . . ?]. *e)* Ein Helm mit dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes. — † S . Nicoli . De. Michnicz.

CXCIX.

1406. 2. Februar. O. AO. — *Derselbe wiederholt mit einigen Änderungen seine Vergabung und verzichtet auch auf seinen Hof in Muscherad zu Gunsten des genannten Stiftes.*

Ego Johannes dictus Borowetz de Rowna tenore presencium notum vniuersis fieri volo et recognosco, quod propter beneficia fauores et amicicias, que religiosi et honorabiles viri dominus abbas et conuentus monasterii Sancte Corone ordinis Cysterciensis Praghensis dyocesis, qui prius fuerunt et adhuc sunt, diuersimode mihi ac pluries exhibuerunt et fecerunt, curiam meam in villa Rowna situatam cum omnibus et singulis, que ad eandem spectant et pertinent, sicuti ego usque in presentem diem ipsam tenui et possedi, et prout in alia littera plenius continetur, prefatis domino abbati et conuentui animo deliberato plenarie et ex toto perpetuis temporibus libere tenendam et possidendam tradidi assignaui et condescendi, ita quod amicorum siue heredum meorum penitus nullus iuris quicquam siue iurisdictionis aliquando super eam sibi possit vel debeat vendicare, sed neque vxor mea dotis nomine seu alia quacumque causa expetere uel postulare, condicione quidem tali, quod absque

Digitized by Google

premissis fauoris et amiciciarum beneficiis ducentas sexagenas grossorum Praghensium pro ipsa mihi dederunt integraliter expediendo persoluerunt, nichilominus consenciendo et promittendo mihi concesserunt, quod supradicta bona usque in vite mee finem debeam et possim adhuc tenere frui et possidere. Insuper et curiam meam in Muscherad, quam ab ipsis hactenus habui et possedi, cum omnibus, que ad ipsam pertinent, simili modo, sicut de Rowna est expressum et superius iamdictum, reddidi et resignaui. In quorum omnium testimonium sigillo meo necnon et strennui militis domini Marchwardi de Poressin sigillo presentes litteras feci sigillari. Datum anno domini millesimo quadringentesimo sexto in festo purificacionis beate virginis Marie.

Über die Siegel siehe die vorhergehende Urkunde.

CC.

1406. 4. December. O. AO. — *Weclin von Cipin verkauft den Herren Heinrich und Peter von Rosenberg gewisse jährliche Zinsungen in Stockernhof und Kirchschlag um 35 Schock Prager Silbergroschen.*

Ja Weczl z Czypina wiznawam tiemto listem tiem wssem, ktoz gey budu czysti nebo cztucze slyssety, ze z dobrim rozmyslem a swych przatel radu dyedynu swu na dworze w Stokowyczijch na Hanzlowy, genz platy sedem mezczyetma krossow, a na mlynye tudyez piet mezczyetma krossow, a w Swyetlyku na dwu kmeczy dworu kopu a osm krossuow, na Ertlowy cztyrzy a puol kopy a dwa penyeze, a na Petrowy tolykez s plnym panstwym a styem, czoz k tomu przyslussye, prodal sem vrozenym panuom panu Gyndrzichowy a panu Petrowi synu geho panuom z Rosenberka a gich dyedyczom za pyet a za trzydczety kop krossow strzyebrnych razu Praskeho. A ty penyeze od drzewe rzeczenych pannuow wzal sem wssecky vplnye penyezy hotowymy, a tiech dyedyn gym sem postupil ku prawemu dyedyczstwy s plnym panstwim nycz sobye tu nezuostawuge, y zadneho prawa any swym dyedyczom. Y slibugy swymy rukoymyemy y zprawczemy Pessykem z Passowar gynak z Vzdyczowa, a s Matiegem Wyssny z Wyetrznye, a my drzewe rzeczeny Pessijk a Matiey slibili sme y slibugem za drzewe rzeczeneho Weczle y snym wssiczkny gednu ruku nerozdyelnye drzewe rzeczene dyedyny zprawyty a oswobodyty, yakoz zemye za prawo ma. Paklibichom toho neuczynyly, ze bichom tiech dyedyn zprawyty

Digitized by Google

nemohly a oswobodyty, tehdy mame a slibili sme na swich na swobodnych dyedynach a na tak dobrze osedlich tolikez platu postupyty a trzyetynu wiecze. Paklybichom toho wsseho neuczynyly, yakoz swrchupsano gest, tehdy mame a slybili sme geden z nas, kteryz napomenut bude, s gednyem pacholkem a se dwyema konyoma wgety do myesta do Krumplowa ku pocztywemu hospodarzy, kdez by gemu vkazano bylo, a my nemame nayzadne prawo odtud wygety, dokud bichom drzewe rzeczenych penyez nezaplatyly gystyny y sewssem skodamy, kterez by swrchupsany pany wzely pro nasse neplnyenye to wsseczko mame zaplatyty penyezy hotowymy pod swrchupsanym lezenym. A ktozby koliwyek tento lyst myel s dobru woly swrchupsanych panuow, tomu ma teez plnee prawo byty yakzto gym samyem. Na kterez wieczssye swyedomye a potwrzenye nasse peczety przywyessily sme k tomuto lystu, genz gest psan leta od narozenye bozzeho tyssijcz cztyrzysta sessteho w sobotu przed swatym Mykulassem.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende, schlecht abgedruckte Siegel in weissem Wachs. *a)* Ein Helm, der zur Zierde das Brustbild eines Mannes hat (?). — † S . Wezlei . Z . Czypina ° ° ° °. *b)* Ein Helm mit einem halben Flügel. — † S . Peski . De . Wzdiczow. *c)* Ein Helm mit einem halben Flügel? — † S . . . . . ny . . Wy . . . zn?

CCI.

1407. 8. März. O. AO. — *Heinrich von Rosenberg und Odolen von Pyssel, Vormünder der Waisen nach Wilhelm von Landstein, verkaufen dem Andreas von Wlčetin und Heinrich von Wihnanitz das Dorf Driesendorf um 300 Schock Prager Groschen.*

My Gindrzich z Rosenberka a Odolen z Pyssel tu dobu purkrabie na Lypniczy poruczniczy syrotka a dezery nebozstika Wylemowye z Landstayna wyznawame zewnye wssyem tyemto listem, ktoz gey czysti budu nebo cztuczie vslyssye, ze sme z dobrym rozmyslem a potazem pro welyku potrzebu swrchupsaneho syrotka prodaly wes rzeczenu Strziezow se wssym panstwym, s braky, s rzeku, s lessy y s podaczym kostela toho w Strziezowie, y se wssymy vzyttky, czoz ktey wsy slussye, nycz sobye any tomu syrotku na tom prawa nezachowawagicze, slowutnym panossyem Ondrzeyowy z Wlczetyna tu dobu burgrabi na Crumplowie a Gindrzichowy z Wyhnanicz tu dobu burgrabi na Przibeniczich za trzy sta kop grossuow Prazskych

Digitized by Google

dobrych strziebrnych, ktere gsu nam daly a zaplatyly penyecy hotowymy. Protoz my Gendrzich z Rosenberka a Odolen z Pyssel prwny gystczy a podle nas slowutny panossye Jan rzeczeny Zubek tu dobu purkrabie na Nowemhradye z Budyslaw (sic) a Jan z Krasselowa tu dobu purkrabie na Chusnicze wssyczkny spolu slybugem gednu ruku nerozdyelnu dobru nassy wyeru bezewssye lsty, to naprzed gmenowane zbozie zprawyty przed kazdym czlowyekem duchownym nebo swyetskym przedewssemy syrotky y przedewssemi wyeny, yakoz Czeskaj zemye za prawo ma. K tomu slybugem tez gednu ruku dobru wyeru, yakzto sye drzewe rzeklo, to wsseczko zbozie naprzed rzeczene w zemske dczky wlozyty rzeczenym panossyem Ondrzeyawy a Gindrzichowy na prwnye suchedny, paklybichme tu bezelsty nemohly, ale y hned na druhe suchedny, potom paklibichme opyet tu bezelsty nemohly, ale konecznye na trzetye suchedny, gesto przedwanoczy nayblyss budu, a to wsseczko y sprawyty, y wedczky wolozyty slybugem vczinity, y dluzny sme gym Ondrzeyawy y Gindrzichowy swrchupsanym tyem wssyem rzadem, yakzto tato zemye Czeska za prawo gma. Paklybichom toho nevczinily, to czyssany sprawyly, any wedczky wlozyly, tehdy hned rzeczenym Ondrzeyowy a Gindrzichowy, nebo ktoz by tento lyst gmyel s gych dobru woly, a nas vpomenul, mame y dluzny sme na swobodnych dyedynach zstupyty trzetynu weysse a to take sprawyty y wedczky wlozyty, yakoz swrchupsano stogy. Paklybichme toho wsseho nevczinily, gehoz buoh neday, tehdy hned ku vpomenuty naprzed rzeczenych panossy Ondrzege a Gindrzicha, neb toho, ktoz by tento lyst ymyel, zadny druheho neczekage any sye druhym wymluwage, ale dwa z nas sprawczy samy, nebo myesto sebe dobre panossye rzadu rytyerzskeho, kazdy s gyednym pacholkem a se dwyema konmy mame gety do myesta Trzebonye do hospody cztneho hospodarze, kteruss nam tu vkazy samy, nebo swym poslem, a tu mame lezety obyczeynym lezenym, yakzto w Czechach prawo gest, a odtud nazadne prawa newygety, gelyz prwe drzewerzeczene zbozie zprawyme y wedczky wlozyme. Pakly toho obeho nemozem vczinity, ale hotowe penyeze drzewe gmenowane trzy sta kop grossuow a trzetynu wysse hotowymy penyezy zaplatyme, tak aby zadny z nas swu stranu dada ostatku platyty nebyl prazden, a czozby sskod wzely drzewerzeczny Ondrzey a Gindrzich pro nassye obmesskanye gezdyecze nebo posly ssyelycze, nebo kterak kolywiek naklady

Digitized by Google

czinyecze, gestoby dobrym swyedomym vkazaty mohly, drzewerzeczeneho lezenye nemame prazdny byti, gelyzto wsseczko zaplatyme. A ktozby s nas prawczy naprzed rzeczenych prwe vmrzel, nezly sye to wsseczko naprzed rzeczene dokona, tehdy my zostaly zywy slybugem pod pokutu tehoz lezenye, yakoz naprzed psano stogy, ku vpomenuty drzewe rzeczenych panossy Ondrzege a Gindrzicha w nayblyssym myessyeczy tak dobreho a tak mowiteho podle nas przistawyty, aby y snamy slybyl za wsseczky vmluwy w tomuto lystye psane, a lyst nowy vczinity tymyss vmluwamy yakzto tento vplnye bez promyeny. A ktozby z nas naprzed rzeczenych proty tomuto lystu slowem, nebo skutkem sye protywil, to bud proty geho wyerze y proty geho czty, ale k sskodye lystu tohoto zadne. A ktoz by tento lyst gmyel s dobru woly naprzed rzeczenych Ondrzeyowu a Gindrzichowu, ten gma y myety bude plnu mocz wssech tyechto wyeczy w tomuto lystu psanich, yakzto ony samy. Tomu wssemu na pewnost y na potwrzenye peczety nassye wlastnye z dobrym nassyem wyedyenym ktomuto sme lystu przlwyessyly. Genz gest dan leta od narozenye syna bozieho tyssiczeho cztyrzisteho sedmeho, ten vtery przed swatym Rzehorzem.

Vier kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel, *a* in rothem, die übrigen in schwarzem Wachs. *a)* Das Siegel Heinrich's von Rosenberg bekannt. *b)* Ein Schild mit einem Ziegenbock oder Widder. — † S. Odolen i D. Pysel. *c)* Ein Schild mit einer hufeisenförmigen Zeichnung. — † S. Johannis. De. Bydiclaw. *d)* Ein Helm, dessen Zierde in dem Vordertheil eines Pferdes besteht; der Grund ist mit Bienen ausgefüllt. — † S. Joannis. De Kraselow.

CCII.

1408. 25. Mai. O. AO. — *Johann, genannt Borowetz von Rowna, tritt dem Abte und Convente des Klosters Goldenkron Dorf und Hof Ruben und den Hof in Muscherad gegen Zusicherung einer Leibrente sofort ab.*

Ego Johannes dictus Borowecz de Rowny recognosco tenore presencium publice vniuersis, quod animo deliberato curiam meam in et cum villa Rowny cum omnibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis fluuiis riuulis et singulis iurisdiccionibus ad eandem spectantibus dudum honorabilibus et religiosis viris dominis abbati et conventui monasterii Sancte Corone ordinis Cisterciensis Pragensis dyocesis pro ducentis sexagenis grossorum Pragensium

Digitized by Google

venditam michi Johanni prefato integraliter persolutis, quam curiam perpetuis temporibus dictis dominis abbati et conuentui Sancte Corone libere tenendam tradidi assignaui et omnimode condescendi omni eo iure libertate et dominio, ut ego Johannes pretactus dictam curiam tenui habui et possedi, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, illa tamen condicione subnotata, quod dictam curiam vsque in mee vite finem tenere debueram frui et possidere vna cum curia Muscherad, quam etiam a prefatis dominis Sancte Corone censualiter possedi et tenui. Ego vero Johannes Borowecz memoratus cum concensu et voluntate conthoralis mee Margarethe deliberacione matura prehabita dictarum curiarum et ville in Rowny possessionem vsufruicionem et omnem meam iurisdiccionem, quam ad mee vite tempora tenere debueram possidere, ut premittitur, et habere ultra vendicionem prenarratam, prenominatis dominis abbati et conuentui integraliter vendidi tradidi cessi resignaui et plenarie condescendi et presentibus resigno cedo et finaliter condescendo sic tamen, quod pro huiusmodi possessionis vsufruicionis et iurisdiccionis resignacione et cessione antedicti domini abbas et conuentus michi Johanni sepetacto de dictis curiis quatuor sexagenas grossorum Pragensium singulis annis diuisim dare assignare tenebuntur et presentare, duas sexagenas grossorum ad festum sancti Jeorgii venturum proxime et duas sexagenas grossorum ad festum sancti Galli deinde secuturum, cum nouem et dimidia sexagena grossorum et sex grossis census de villa ibidem a robotariis prouentibus usque ad vite mee tempora solummodo duraturis. Volens eciam de cetero, ut nullus amicorum seu heredum meorum quispiam iuris quidquam aut iurisdiccionem aliquam in futurum me decedente de et super curiis et villa predictis sibi possit uel debeat quoquo modo vendicare, nec eciam vxor mea dotis nomine de premissis nichil penitus repetere audeat quouismodo nec postulare, prout eciam vendicionum littere desuper confecte plenius attestantur. In casu vero, si me Johannem Borowecz prefatum quatuor septimanis antedictorum Jeorgii et Galli terminorum deo promittente ab hac luce decedere contigerit, extunc censum memoratum, quem dicti domini abbas et conuentus michi Johanni ad tale festum soluere deberent, conthorali mee Margarethe ad huiusmodi tempus tantummodo soluere tenentur, sed per amplius nequaquam soluere tenebuntur, sed debent ammodo dicti domini abbas et conuentus dictas curias cum villa robotariis et

Digitized by Google

prouentibus ibidem perpetue libere tenere vtifrui et possidere, ut cetera ipsorum propria bona possident, impedimentis et excepcionibus quibuslibet procul motis. In quorum euidenciam et firmius roboramentum sigillum meum proprium in testimonium vero sigilla famosorum Nicolay dicti Wyssnye de Nespotyng et Walkunonis de Troynaw amicorum meorum carissimorum ad preces meas presentibus sunt appensa. Sub anno domini millesimo quadringentesimo octauo die sancti Vrbani.

Drei kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in weissem Wachs. *a)* Das bekannte Siegel Johann's Borowetz. *b)* Ein Helm mit einem Fass, aus dem ein Baum entspringt, zur Zierde. — † S . Macias . De . Wieczni. — *c)* Ein Helm mit einem Manneskopf. — S. Wa . . . mi . De . Troyanow?

CCIII.

1408. 25. Mai. O. AO. — *Abt Adam und der Convent des Klosters Goldenkron verpflichten sich gegenüber dem Johann Borowetz für die sofortige Abtretung von Dorf und Hof Ruben und dem Hofe in Muscherad zur Zahlung einer bestimmten Leibrente.*

Nos frater Adam abbas Johannes prior Albertus subprior Hermannus cellerarius totusque conuentus monastery Sancte Corone ordinis Cisterciensis diocesis Pragensis recognoscimus tenore presencium vniuersis, quod curiam in Rowna et villa (sic) ibidem cum omnibus agris cultis et incultis pratis pascuis siluis rubetis fluuys riuulis et singulis iurisdictionibus ad eandem spectantibus dudum nobis per Johannem dictum Borowecz pro ducentis sexagenis grossorum Pragensium venditam sibi Johanni per nos integraliter persolutis omni eo iure libertate dominio, ut ipse Johannes Borowecz dictam curiam cum villa tenuit habuit et possedit, quam curiam cum villa nobis et nostris successoribus perpetuis temporibus libere tenendam tradidit assignauit et condescendit, ut in litteris desuper confectis plenius continetur, quam tamen curiam dictus Johannes Borowecz ad sue vite tempora tenere possidere vtifrui debuerat et habere vnacum curia Muscherad et pertinenciis eiusdem, quam etiam a nobis censualiter tenuit et possedit. Nos vero dicti abbas et conuentus intendentes nostri monastery utilitatem augmentare, volentes etiam incomoda seu pericula futura caucius euitare, que post dicti Johannis obitum occasione prefate possessionis sibi per nos et nostros predecessores factam et concessam possent per quempiam

Digitized by Google

in futurum quomodolibet (?) euenire, matura cum deliberatione seniorumque monastery fratrum prehabitis consilys dictam Johannis concessam possessionem iurisdictionem et curiarum dictarum et ville vsufruitionem a dicto Johanne Borowecz emimus et redemimus pro quattuor sexagenis grossorum Pragensium, quas sibi Johanni singulis annis usque ad vite sue tempora dare promittimus et presentare diuisim in sanctorum festiuitatibus Georgy et Galli a (?) quattuor septimanis post immediate sequentibus cum nouem et dimidia sexagenis grossorum et sex grossis censsus de villa ibidem et a robotariis prouentibus usque ad vite Johannis tempora tantummodo duraturis. Quod si non fecerimus, quod absit, extunc presentibus dicto Johanni Borowecz damus et concedimus omnimodam potestatem, ut nos et nostri monastery bona arrestare poterit et occupare usque ad dictarum peccuniarum solutionem et plenariam satisfactionem. In casu vero, si dictum Johannem Borowecz quattuor septimanis antedictorum Georgy et Galli terminorum deo permittente ab hac luce decedere contigerit, extunc censum memoratum, quem nos aut nostri successores dicto Johanni ad tale festum presentare deberemus, conthorali sue Margarethe ad huiusmodi tempus tantummodo soluere tenebimur, sed per amplius nequaquam soluere tenebimur quoquomodo. In quorum euidentiam et robur firmius valiturum sigilla nostra abbatis et conuentus presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Datum anno domini millesimo quadringentesimo octauo in die sancti Vrbani.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift auf Papier. Von dem Wasserzeichen, das sich in demselben findet, ist nur ein Theil zu sehen, welcher in einem sechsstrahligen, gleichsam an einem Bande hängenden Sterne besteht.

CCIV.

1409. 20. April. Prag. — *Johann Kbel, Generalvicar des Erzbischofes Sbinko von Prag, gestattet die von Onscho von Wlhlaw zur Stricitzer Kirche gestifteten Zinse gegen andere in Deutsch-Temelin zu vertauschen.*

Kbel Johannes decretorum doctor canonicus ecclesie Pragensis vicarius in spiritualibus reuerendissimi in Christo patris et domini domini Sbinconis sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi apostolice sedis legati generalis, ad vniuersorum tenore presencium deducimus noticiam, quod ex litteris donacionum pro ecclesia parrochiali in

Digitized by Google

Striczicz per Onssonem de Wlhlaw bone memorie dudum factis coram nobis exhibitis et per nos visis accepimus, qualiter pro dicta ecclesia in Striczicz et ipsius plebano dictus Onsso in remedium animarum Nicolai fratris sui suorumque progenitorum et predecessorum octo sexagenas grossorum denariorum Pragensium dedit donauit deputauit et assignauit ac realiter cum pleno dominio condescendit de eisdem, de et super bonis et villis infrasriptis, videlicet in Chrastzan super sex laneis, quorum quilibet annuatim soluit pro termino sancti Georgii quinquaginta grossos et totidem pro termino sancti Galli, pro robotisque circa festum assumptionis sancte Marie decem et octo grossos, et in sexto laneo quadraginta grossis (sic) pro dictis duobus terminis, quos coluerunt Petrus Nicolaus Mathias Blahut Jesko Borsso Nicolaus Vicko Radslaus, et in villa Tupess de septem quartalibus quondam Laurencii centum et quinquaginta grossos et in villa Nyempcziez quadraginta octo grossos super vno laneo quondam Andree Zagiecz et super alia hereditate dicte Andree sex grossos, ita et taliter quod plebanus dicte ecclesie in Strzicziez occasione dicte donacionis primo lampadem in ipsa ecclesia in Strzicziez die noctuque foueat et nutriat, quodque dictus plebanus vicarium seruet et teneat manualem apud ecclesiam eandem eidemque vltra expensas annis singulis de dictis censibus de scitu parrochianorum persoluat tres sexagenas grossorum et diebus sabbatis de beata Maria virgine et feria secunda pro animabus omnium fidelium defunctorum missam decantari procuret, necnon vnum anniuersarium fieri disponat pro remedio animarum Absiconis genitoris dicti Onssonis Czadkonis quondam canonici Pragensis Nicolai prenominati Swatomiri de Nyempcziez et Johannis ac aliorum Christi fidelium, qui ad emendos dictos census fecerunt subsidium, in quo anniuersario in exhortacione dictorum anime debent recommendari et hoc sub dicti census arrestacione et aliis penis in dictis litteris expressis, prout hec omnia et singula in dictis litteris donacionum sunt clarius expressa. Et quia Nicolaus dictus Hroza et Janco fratres in Wlhlaw, quibus bona prescripta, in quibus census prescriptus est designatus, adiacent de consensu nobilis domini Henrici de Rozemberg dicte ecclesie patroni domini Pauli plebani ecclesie ibidem in Strziczicz prescriptum censum ad alia bona videlicet ad villam Temelin Theutunicalem, vbi sunt octo sexagene cum media grossorum predictorum ultra dictas octo sexagenas grossorum super hereditatibus et

Digitized by Google

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. rex Austrie dux et Morauie marchio etc. notum facimus vniuersis, quod cupientes diuinos honores et solemnia sacra augeri, deliberato et sano nostrorum procerum et fidelium accedente consilio de certa nostra sciencia auctoritate regia Bohemie licere permittimus ac nostrum regium consensum expresse damus et libere impartimur ecclesie parochiali sancti Nicolai in Rosennbergk, vt possit recipere capere habere et tenere vltra eos, quos hactenus habet, duodecim sexagenas grossorum annui census, quocumque titulo voluerit et a quibuscumque personis et super quibuscumque bonis sibi placuerit, bonis feudalibus dumtaxat exceptis, quas duodecim sexagenas annui census, postquam simul vel disiunctim quouis iusto titulo habuerit, eidem ecclesie exnunc prout extunc vnimus annectimus et incorporamus ac volumus, ecclesiam ipsam libertates immunitates et omnia jura aliorum similium censuum ecclesiasticorum in censibus antedictis pacifice et sine impedimento habere. Comittimusque ac mandamus vrzednikonibus ceterisque officialibus tabularum terre regni nostri Bohemie nec non notariis et prothonotariis earundem, qui nunc sunt vel inposterum erunt, fidelibus nostris dilectis, vt cum cognouerint, predictos census modis premissis ad antedictam ecclesiam simul vel particulariter deuenisse, et ab eiusdem ecclesie rectore vel altero eius nomine requisiti fuerint, prefatis tabulis ipsos annotare atque inscribere non omittant. Presencium sub appensione nostri regalis sigilli testimonio litterarum. Datum Wienne die vigesima secunda Augusti anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo regnorum nostrorum anno Hungarie etc. decimo octauo, Bohemie vero quarto.

Ad relacionem domini Procopii de Rabenstein cancellarii.

Aussen: Registrata, und Intabulata primo Johannis Plana h vi. — Grosses an einem Pergamentstreifen hängendes, stark beschädigtes Siegel in rothem Wachs. Die Wappen Ungarns und Böhmens in der Mitte des Siegels, von zwei Adlern getragen, dann das österreichische und mährische Wappen an den Seiten sind allein noch sichtbar; von der Umschrift aber nur: Ladislaus . Dei

Digitized by Google

CCXXXVII.

1459. 15. März. O. AO. — *Wojtěch von Gywowitz, gesessen zu Chwalkow, verkauft dem Abte Paul und dem Convente zu Hohenfurt einen jährlichen Zins von zwei Schocken und etlichen Groschen im Dorfe Kramolin um 38 Schock Prager Silbergroschen.*

Ja Woytiech z Gywowycze sedienym w Chwalkowie wyznawam tiemto listem przidewssemei, ktoz gey czisti aneb cztucz slisseti budu, ze swym dobrym rozmyslem a s prziatelsku radu prodal sem y moczi listu tohoto prodawam prawym trhem dwie kopie a nyekoliko grossow platu rocznieho sweho wlastnieho slessy spotoky, z diedynamy ornymy y neornymy, spastwiesstiemy a konecznie s tiem se wssym, czoz k tomu platu przislussie we wsy w Kramolynie na lidech swych wlastnich na Blahowy, na Ssymanowi, na Jesskowi, na Mikowy w Napayadlech, na Kubczowy, kteryzto plat swrchupsany platie rozdielnye, polowiczy toho na swaty Hawel a druhu polowiczy na swaty Gyrzi, welebnemu kniezy Pawlowy opatowy klasstera Wyssnyobrodskeho y wssemu konuentu mynyeyssym y gich buduczym diedyczom ku prawemu diedictzwy a panstwy a k swobodnemu drzeny, na tom sobie any swym buduczym any swym diediczom z hola niez nezostawugy za rzidezety kop a za osm kop grossow dobrich strziebrnich razu a czisla Prazskeho, aneb peniez drobnich dobrich w tomto kragi obecznie mezy lidmy bernych, kterezto penieze swrchupsane daly a zaplatyly my vplnie a doczela peniezy hotowymy. A my Oldrzich rzeczeny Haracherz z Olbramow, Markwarth z Hrzebene, Mikulass z Holkowa rukoymye a zprawcze za swrchupsaneho Woytiecha slibugem snym y zan wssyczkny spolecznu ruku a nerozdielnu, wieru nassy dobru kziestiansku bezewssie zle lsty plat nadepsany se wssym geho przislussenstwym zprawiti a wiswoboditi przied wyeny przied syrotky, przied zapisy wsseiikterakymy krziestianskymy y zidowskymy a konecznie przied kazdym czlowiekem, kterehozby kolywiek rziadu aneb stawu byl a prwnie y druhe suche dny bezelsty a konecznie na trzietie suche dny od gich napomenutye nablyzssich ten plat swrchupsany se wssym geho przislussenstwym ku prawemu diedicztwy wedczky zemske wloziti wedle obiczege a rzadu teto zemie Czeske swrchupsanym wierzitelom nassym gym y po nich buduczym, aneb tak vgistiti dczkamy, aczby desk nebile, aneb k nym

Digitized by Google

przistup byty nemohl, yakoz tudoba pany rytierzy a panosse zemye teto Czeske sobie vtwrzowaty a vpewniowaty budu w czassu przedepsanem. Paklibichme toho nevczinily, a czastopsaneho platu zprawyty nemohly a nezprawily any wyswobodily tak yakoz sie swrchupisse, tehda y hned na swich wlastnich swobodnych a dobrzie osedlich a tak dobrych dyedynach tolikez platu, toczyz dwie kopie a nyekoliko grossow a trzietynu wysse przyczyniecze stupiti namy a slibugem, a ty take wedczky zemske wloziti podle obiczege a rziada zemie Czeske, aneb tak vpewniti a vdwrdyty aczby desk nebilo, aneb knym przistup byty nemohl, yakoz sie swrchupisse. Psklibichme toho wsseho nevczinili, czoz swrchupsano stogi, tehdy geden z nas rukoymy, kteryz nayprw napomenut bude wyerzitely nassymy swrchupsanymy nynyeyssymy aneb po nich buduczymy po slem aneb listem gich, geden na druheho nevkazuge, any sie druhym wymluwage, ma wgety sam swym zywotem, s gednyem pacholkem a se dwyema konioma aneb miesto sebe panossy rziadu rytierzskeho poslaty do miesta do Crumlowa, aneb do Budyeyowicz do domu cztneho hospodarzie tu, kdezby nam bilo wierzitely nassymy swrchupsanymy, aneb gich buduczymy vkazano, w obiczeyne lezenie, kterez zemie Czeska za prawo ma, a tu vstawicznie mame lezety, a odtud na nyzadne prawo newigezdiety, any kterak wynyknuty, gelizbichom to wsseczko vczinily, czoz swrchupsano stogi. A kdyzby mynule dwie nyediely od napomenuttye k tomu lezeny, bud lezano neb lezano, a kdyzbichme wssiech wieczy nadepsanich skutecznie nenaplnyly, tehdy y hned dawame plnu mocz y prawo wierzitelom swym nadepsanym gym y gich buduczym penieze gistynne swrchupsane y s trzietynu wysse wziety w Krziestianech aneb w Zidech na nassy wssech sskodu spolecznu, y na nassie zbozie, a przisto wzdy w tom lezeny mame trwati a lezety, dokudzbichom nezaplatili peniez gystynnych a trzietynu wysse y se wssemy sskodamy pro nassie nesplnyenye wzetymy a dobrym swiedomym vkazanymy vplnye a doczela peniezy hotowymy. A vmrziellyby ktery z nas gistecz neb rukoymye swrchupsany w tom czassu, tehdy my zywy zuostaly w gednom miesieczy nayblyzssym o tedne smrty toho vmrleho gyneho tak mowiteho a tak dobreho panossy krage tohoto mamy a slibugem k nam miesto teho vmrleho przistawyty, gesstoby podle nas slibil za wssieczky wieczy swrchupsane, a list w taz slowa, yakozto tento, obnowyty, kolikratby toho potrziebie bylo, a to pod lezenym swrchupsanym. A

Digitized by Google

protywyllyby sie kto z nas gisteez neb rukoymye ktery w ezom tomuto listu, ten by to vczinil proty swe czty a wierzie, ale ne ku pohorsseny tomuto listu. A kdozby kolywiek tento list miel z dobru woly wierzitelow nassych swrchupsanich nynyeyssich y buduczich. ten ma y miety bude tuz mocz, y tiez prawo ke wssem wieczem swrchupsanym, yakozto ony samy. Tomu wssiemu na gistotu a potwrzenye wieczy swrchupsanych my wssyczkny gistecz y rukoymie swrchupsany swe wlastnye peczety gsme przywiesyty kazaly k tomuto listu, knymz sie dobrowolnye przyznawame. Genz gest dan a psan leta od narozenye syna bozieho tyssiczieho cztyrzsteho padessateho dewateho ten cztwrtek przied kwyetnu nyedyely.

Vier kleine, an Pergamentstreifen hängende Siegel in schwarzem Wachs. *a)* Ein Schild und Helm mit dem Brustbilde eines schwertschwingenden Mannes. — Woitiech Givovice? *b)* Ein Schild mit drei aus einem Kopfe entspringenden Pfauenfedern, darüber ein Helm mit hirschgeweihartiger Zierde. — S. Vlrici . Haracher. *c)* Ein Schild mit den drei Pfauenfedern der Haracher. — S . Mareward . Z . Hrzebene. *d)* Ein Schild mit drei neben einander aufrecht stehenden Fischen. — Sigillvm . Nicolai . De . Holkow.

CCXXXVIII.

1461. 28. August. Krumau. — *Bohunek von Umlowitz verkauft der Gemeinde Angern (Bugianow) die ihm gehörigen Wiesen „na wytme" mit Vorbehalt eines jährlichen Zinses von vierzig Groschen um 15 Schock böhmischer Silbergroschen.*

Ja Bohuniek z Omlenicze wyznawam tiemto listem wssem, ktoz geig vzrzie aneb etucze slisseti bude, ze sem prodal a moczij listu tohoto prodawam luky „na wytme" swe wlastnie diedicznе kauffrechtnym prawem wssie obczij z Bugianow nynieyssiem y buduczim za patnadczte kop grossow peniez dobrych strziebrnych w zemi Czeske obecznie bernijch, ktere zto penieze swrchupsane gsu mi splnili a ja ge od nich przigiall vplnie a doczela hotowe. A na tiech lukach swrchupsanych na czesta byti s ssijrz dwu wozow, tak aby swobodnie a bezewssie przickazij gezditi na luky y s luk mohli, a tu sobie ani swim buduczim niez nepozuostawuge, pokud gym odemne gest vkazano, a sady mezne gsu gim sazenij, s kterychzto luk swrchupsanych v rok magy mnie y mym buduczim platiti wiecznie swrchupsanij Bugianowsstij, kterzizto tu nynie sedij, aneb potom budu, cztirzidczeti grossow roczniehо, a to rozdielnie na swaty Girzi dwadczeti grossow, a na swaty Hawel y hned potom buduczij take dwadczeti grossow;

Digitized by Google

a kdiz my v rok ten sprawedliwy swrchupsanij Bugianowsstij dadij (sic), tehdy stiemi lidmi niez wiecze cziniti nemam. Toho na potwrzenie a lepssij gistotu swu sem wlastnij peczet k tomuto listu przi-wiessill, a pro dalssie toho swiedomie prosil sem vrozneho pana pana Jana z Rozmberga, pana sweho milostiweho, a duostoyneho v boze otcze knieze Pawla opatha Wissebrodskeho, a slowutneho panossi Oldrzicha z Omlenicze bratra sweho, tak ze naprzed panie milost swu peczet przedmu raczill przriwiesiti k tomutu listu, a kniez opath a bratr swrchupsanij wedle mne a me peczeti take przriwiesili gsu k tomuto listu, yim a gich buduczim bez sskody. Genz gest dan a psan na Crumplowie leta od narozenie sina bozieho tisiezieho cztirzisteho ssedesateho prwnieho w patek den swateho Augustina.

Vier kleine, an Pergamentstreifen befestigte Siegel. *a)* In rothem Wachs. — Ein Schild mit einer Rose. — † S . Jan . Z . Rosenbergka. *b)* In schwarzem Wachs. — Ein durch eine von der rechten Oberecke nach der linken Unterecke gezogene Linie in zwei Felder getheilter Schild, darüber ein Helm, dessen Zierde ein Paar Hörner. — S . Bohiniek . Z . Omlenicz. *c)* Ziemlich gross, stark beschädigt, in rothem Wachs. — Ein Abt in gothischer Capelle. — Sigillvm . Pauli . Abbatis . In . Alto . . . . *d)* In schwarzem Wachs. Wie *b*. — Oldrzich . Z . Omlenic.

CCXXXIX.

1461. 0. T. und A0. — *Abt Paul und der Convent zu Hohenfurt verpflichten jeden der vier Höritzer Fleischhauer, ihnen alljährlich einen Zins von fünf Pfunden Unschlitt in den Glashof zu reichen.*

Wir Pauls von gots gnadn abbte zw Hohenfurt Linhart prior Venzl subprior Thoman kellner vnd der gants conuent daselb bekennen mit dem offen brief, wo der verlesn wirdet, das dy erbrn Michel Rorrer Nickl Rorer Kysling vnd Tröster mit vns haben ain abbruch gemacht von wegn vier fleischpenncken, so yeder aine hat, dauon sy etlich jar kain zins geraicht haben, sonder gesagt deshalb frey ze sein, so sy doch nit haben mugen darbringen, darumb sollen sy vns jerlichn auf vnnsern Glashof zu sand Mertntag yglicher in sonderhait raichn funff phund vnslidt der gleich all ir nachkemen. Thetn sy aber solhs nicht, wern sy vns dy fleyschpenncken verualllen. Mit vrkund geben wir ine disen briue besigelt mit vnnsrn baiden clain furgedrugktn insigillen. Geben nach der geburd Cristi im xm^{c} vnd lxi jar.

Nach einer vielleicht gleichzeitigen Abschrift auf Papier ohne Wasserzeichen.

Digitized by Google

CCXL.

1461. 21. December. Rom. — *Papst Pius II. übergibt die Leitung der geistlichen Angelegenheiten in Böhmen dem Erzbischofe Hieronymus von Kreta.*

Pius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Jeronimo archiepiscopo Cretensi vicecamerario nostro auctoritate apostolica in regno Bohemie potestatem ordinarii habenti salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuotionis integritas, qua nos et Romanam ecclesiam reuereris, aliaque virtutum dona, quibus personam tuam, prout longa experiencia percepimus, altissimus insigniuit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi committenda duxerimus, prudenter et fideliter exequeris. De tua itaque singulari prudencia plenam in domino fiduciam obtinentes ac sperantes per tuam circumspectionem prouidam et prouidentiam circumspectam in regno Bohemie ac terris castris et locis in eo consistentibus cultum vigere iusticie, volentesque propterea, quod in eis spiritualis gladii fungaris, tibi in illis ordinariam potestatem et iurisdictionem excercendi in omnibus, prout ordinarii in partibus illis excercere consueuerunt, plenam et omnimodam vigore presentium concedimus facultatem, constitutionibus apostolicis ac regni ciuitatum terrarum castrorum et locorum predictorum ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo primo duodecimo Kalendas Januarii pontificatus nostri anno quarto.

Inserirt in die folgende Urkunde.

CCXLI.

1462. 7. October. Wien. — *Der Erzbischof Hieronymus von Kreta verleiht der Pfarrkirche zur heiligen Katherina in Höritz einige Indulgenzen.*

Vniuersis et singulis Christi fidelibus presentes nostras litteras inspecturis seu legi audituris Jeronimus dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Cretensis sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii diuina prouidencia pape secundi vicecamerarius, in regno Bohemie ac terris ciuitatibus opidis castris et locis in eo existentibus potestatem ordinarii habens salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, vt sibi a fidelibus suis digne

Digitized by Google

et laudabiliter seruiatur, de habundancia sue pietatis, que supplicum vota excedit et merita, bene seruientibus sibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes domino populum suum reddere accaptabilem et bonorum operum sectatorem fideles eosdem ad bene et deuote sibi seruiendum indulgenciis et remissionibus quasi quibusdam allectiuis muneribus inuitamus, vt exinde diuine fiant gracie aptiores. Dudum siquidem sanctissimus dominus noster dominus Pius papa prefatus certas suas litteras eius vera bulla plumbea cum cordula canapis more Romane curie impendendo bullatas sanas et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspitione carentes nobis concedendas duxit atque concessit, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: [Folgt die vorhergehende Urkunde]. Cum itaque, sicut accepimus, parrochialis ecclesia sancte Catherine martiris et virginis in Horicz Pragensis diocesis libris calicibus crucibus vexillis vestibus paramentis seu ornamentis aliisque rebus inibi ad cultum diuinum peragendum necessariis sit quamplurimum destituta, nec eidem sufficientes, vnde sibi prouideri valeat de premissis, suppetant facultates, nos cupientes, vt ecclesia predicta congruis a Christi fidelibus frequentetur honoribus et eidem de paramentis seu ornamentis predictis oportune prouideatur, ipsi quoque Christi fideles deuotionis causa eo libencius ad eandem confluant et ad prouisionem huiusmodi necnon ad eius fabricam eo promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem de dono celestis gracie vberius se conspexerint refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in natiuitatis circuncisionis epiphanie resurrectionis ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi ac penthecostes necnon conceptionis natiuitatis annunciationis purificationis et assumptionis atque visitationis beate Marie virginis ac natiuitatis beati Johannis baptiste necnon sanctorum Petri et Pauli atque Catherine predictorum ac sanctorum Felicis et Adaucti martirum ac dedicationis dicte ecclesie festiuitatibus necnon per octauas earundem festiuitatum, quarum sunt octaue, ecclesiam ipsam deuote visitauerint annuatim et ad prouisionem ac fabricam premissas manus suas porrexerint adiutrices, singulis festiuitatum et dierum octauarum earundem quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis

Digitized by Google

futuris temporibus duraturis. In cuius rei testimonium presentes nostras litteras exinde fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione muniri. Datum Wienne Patauiensis diocesis anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, die vero septima mensis Octobris pontificatus dicti domini nostri domini Pii pape secundi anno quinto.

Nur Überreste eines grossen, an einer rothen Hanfschnur hängenden Siegels in rothem Wachs.

CCXLII.

1462. 30. December. Krumau. — *Johann von Rosenberg übergibt dem Stifte Hohenfurt die von seinem Vater Ulrich in Österreich versetzten Stiftskleinodien und heiligen Reliquien.*

My Jan z Rozmberka y s swymi diediczi a buduczymi wyznawame tiemto listem obecznie przed kazdym czlowiekem, ktoz geig vzrzie a czisti neb cztucze slysseti budu, jakoz niekdy vrozeny pan pan Oldrzich z Rozmberga otecz nass mily w czasy nebezpeczne a walecznie pro obranu wiery krzestianske, take y pro zachowanie panstwie nasseho zastawil byl klenoty niektere a swatosti tak zastawene bez gednoho cztyrzidczeti leth w Rakusiech z zemie chowany gsu byli. A my rozpomenuwsse sie na pana boha y take hlediecze czti y rozssirzenie panstwije nasseho a zwlasstie tiech bozijch domuow, od kterychz ta swatost a klenoti odgiati byli, chtiecze, aby k chwale bozij a geho matky panny Marie y wssech swatych sluzba bozie radiegij se na panstwij nassem rozmnozowala, nezli menssena byla, ty giste klenoty a swatosti s praczij nassij a naklady nemalymi diel y panstwie nasseho proto zastawiwsse wyplatili sme, a w nassi mocz prziwedli, z kterychzto klenotuow o tyto kusy a klenoty y swatosti dolepsane zlattee a strziebrne y pozlaczene smluwu rzadnu s cztihodnym v boze otczem knizem Pawlem opatem klasstera Wyssebrodskeho a conuentem tehoz klasslera otto vczinilwsse wedle milosti za to penieze wzelisme, a temuz klassteru nassemu Wyssebrodskemu ty klenoty a swatosti zasie dali sme a nawratili. Item genz wazie toczij naiprwe krzijz weliky zlatty wsseczken dewiet hrziwen. Item druhy krzijz maly take zlaty wsseczken dwie hrziwnie a gedenaczt lottuow. Item kalich wsseczken zlatty sedm hrziwen bez lottu. Item tabula swate Marzie Magdaleny dwanadczt hrziwen a osm lottuow

Digitized by Google

Item tabula s ruozemi dewatenadczt hrziwen. Item kalich s ruoczemi cztyrzy hrziwny a dwanadczt lottuow. Item monstrancia dwanadczt hrziwen a dwanadczt lottuow. Item kalich przeworuow dwie hrziwnie a sedm lottuow. Item kalich przeworuow dwie hrziwnie a sedm lottuow. Item kalich bratra Thuomy gednu hrziwnu a cztrnadczt lottuow. Item a kalich opatuow trzy hrziwni a trzy lotty. Slibugicze cztnie wiernie u prawie za se y za swe diedicze a buduezie panu bohu a geho nsyslawnieyssij matcze pannie Marigi y wssem swatym tiech swrchupsanych klenotuow a swatosti nikdy wiecznie od tehoz klasstera neodluczowati, any brati zadnym obyczegem, ani kteru mieru. Paklibychom my kdy, nebo kto nassish diediczuow nebo buduczich proti tomu, czoz se swrchupisse, czo vczinili a nezdrzeli, ten nebti aby se wiediel neb wiedieli w nemilost bozij panny Marie matky geho y wssech swatych wpadnuti, a zprziekaz tiech wieczij w den sudny poczet z toho dluzen bude aneb budu dati. Toho na zdrzenie a zachowanie peczet nassi wlastnij k tomuto listu dali sme a kazali prziwiesyti dobrowolnie. Genz gest dan a psan na Crumlowie leta od narozeni sina bozieho tisiczieho czyrzsteho ssedesateho druheho ten cztwrtek przed nowym letem.

Ein ziemlich grosses, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs. — Ein Schild mit einer Rose, darüber Helm wieder mit einer Rose. — Sigillum . Johanis . De . Rosenberg.

CCXLIII.

1464. 10. Juni. O. AO. — *Abt Sigismund von Baumgartenberg und der Convent daselbst erneuern die mit dem Kloster zu Hohenfurt geschlossene Confraternität.*

Reuerendo in Christo patri ac domino domino Thome venerabili abbati monastery in Altouado totoque conuentui ibidem Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis frater Sigismundus permissione diuina abbas monastery in Pawmgartenperg totusque conuentus ibidem eiusdem ordinis et Patauiensis diocesis deuotarum oracionum participium cum integritate cuiuslibet complacencie firmiter preadmissis et coronam cum vincentibus brauium cum currentibus denarium cum laborantibus obtinere. Cum secundum apostolum omnes in caritate Christi vnum corpus sumus et ad invicem membra expedit, ut sicut eiusdem corporis organa mutue compassionis et alterne seruitutis auxilio subleuantur, ita et nos, si ad capud principiumque nostrum referri volumus, alter alterius onera baiulemus, legem domini pro caritatis studio

Digitized by Google

fideliter adimplentes. Proinde vestre deuotionis iustas et honestas peticiones attendentes, quas ad nos nostrumque, vt prefertur, monasterium geritis, veluti clara et veridica experiencia cognouimus, dignum putamus et diuine acceptabile voluntati, vt a nobis nouam prerogatiuam senciatis spiritualium graciarum. Quamuis alias in contractu fraternitatis nostre actum sit anno domini millesimo tricentesimo nonagesimo octauo et alia quedam in eisdem litteris comperimus posita illis non obstantibus, eapropter vos in Christo patrem dominum dominum Thomam abbatem in Altouado totumque vestrum conuentum ibidem presentes et futuros ad nouam feruentemque confraternitatem de recenti contractam et ad vniuersa singula nostre religionis ac monastery nostri suffragia vos in vita recipimus, pariter et in morte plenam participacionem omnium carismatum et spiriualium bonorum videlicet missarum oratiónum suffragiorum officiorum diuinorum jeiuniorum abstinentiarum disciplinarum penitenciarum meditacionum contemplacionum obseruantiarum deuocionum et omnium aliorum spiritualium bonorum tenore presentium gratiose conferimus, que per nos nostrosque successores operari et acceptare dignabitur clementia saluatoris. Addentes insuper quod cum diuine placuerit voluntati, de exilio instantis miserie vos et vnumquemque vestrum vocare, vesterque obitus multo annuente domino tempore differendus nobis fuerit nunciatus, pro eterna vestra requie libro mortuorum cum nomine ascribetur, et vna deuota missa a quolibet sacerdote infra vero sacerdocium vnum placebo et tribus leccionibus (sic) perpetua firmitate veritatis peragemus, vt aliquando deum, vbi fieri non redimet, simul sicuti est videamus, exuti veterem hominem cum vero monte, qui Christus est, in orto deliciarum mala punica colligamus. Valeat feliciter vestra deuota et feruens caritas in Christo Jesu domino nostro in eternum amen. In quorum omnium euidentiam atque robur presentes nobis damus litteras nostrorum sigillorum testimonio insignitas, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto decima die mensis Juny.

Zwei, an Pergamenstreifen hängende Siegel. *a)* Gross, in rothem Wachs. — Ein Abt mit Inful und Stab und ein Buch in der Linken haltend, in gothischer Capelle stehend; zu seinen Füssen ein in zwei Felder getheilter Schild; in dem rechten Felde ein einfacher Adler, in dem linken zwei stehende Balken. — S. Fratris . Sigismundi . Abbatis . Monastery . Pavmbgartnperg. *b)* Das schon beschriebene hier sehr beschädigte Conventssiegel in grünem Wachs.

Digitized by Google

CCXLIV.

1464. 1. August. O. AO. — *Abt Thomas von Hohenfurt und der Convent daselbst urkunden über die vor 39 Jahren von Ulrich von Rosenberg dem Herrn von Walsee in Österreich verpfändeten und nun durch Johann von Rosenberg, den Sohn Ulrichs, wieder ausgelösten Kleinodien ihres Stiftes.*

Nos frater Thomas abbas totusque conuentus monasterii Altouadensis ad futuram rei memoriam per presentes litteras deducimus successoribus et fratribus nostris, quomodo olim et generosus dominus dominus Vlricus de Rozmberg temporibus periculosis et gwerarum pro defensione fidei christiane et tuicione dominii sui, sub qua monasterium nostrum tamquam veri patroni consistit, acceptis clenodiis cum reliquiis infrascriptis a menasterio ea cum aliis clenodiis generoso domino de Wolse residente in Austria pignorauit, vbi per quadraginta annos minus vno sic extra terram Bohemie et monasterium nostrum alienata fuerunt, et nobilis et generosus dominus Johannes predicti domini Vlrici filius subscripta clenodia cum aliis suis clenodiis exsoluit; volentes ut honor omnipotentis dei beate virginis Marie et omnium sanctorum non minuatur per alienacionem vlteriorem, sed pocius augeatur per exsolucionem, clenodia infrascripta cum magnis laboribus et impensis partem eciam bonorum inmobilium monasterii nostri propter hoc obligantes a predicto domino nostro gracioso exsoluimus et liberauimus: tabulam argenteam et deauratam cum crinibus sancte Marie Magdalene et monstranciam cum dente sancti Benedicti, tabulam cum rosis, que ob remedium anime nobilis domine Katherine de Sawnberg matre nobilium dominorum Petri Jodoci Vlrici et Johannis monasterio nostro donata sunt cum calice aureo infrascripto. Item magnam crucem auream, quam legauit dominus Zawissius. Item calicem cum rosis, quem cum voluntate domini Johannis tunc monasterio ad Budwais vendidimus. Item tres calices, quos ab eo de nouo emimus, pro quibus omnibus dedimus sexingentos florenos Vngaricales. Item in speciali prò parua cruce aurea, quam donauit nobilis dominus Henricus primus pater domini Petri de Rozmberg, et pro vno calice aureo, de quo supra mentio facta est, ducentas sexagenas grossorum exsoluimus. Et ultra predictas summas super addidimus steuram a nostris subditis perceptam centum viginti quinque sexagenas grossorum. Et debitum

Digitized by Google

nostrum triginta duarum sexagenarum, quod et in parata pecunia per prius comodauerimus, remisimus tali condicione pacto fide et iuramento ac pena sponte appositis per predictum dominum Johannem, quod predictus dominus dominus Johannes promisit honorifice fideliter et vere pro se et pro suis heredibus et successoribus omnipotenti deo et eius venerabili matri Marie et omnibus sanctis supradicta clenodia et reliquias nunquam perpetue ab eodem monasterio nostro alienare uel recipere aliquo modo, obligans se ipsum heredes ac successores suos, quod si contra illa, que suprascripta sunt, attemptaret uel attemptarent et ea non obseruant, quod ipse et illi scire debet et debent, se indignacionem omnipotentis dei gloriose virginis Marie et omnium sanctorum incurrisse pro huiusmodi alienacione uel recepcione in die judicii districtissimam racionem redditurum vel reddituros, iuxta quod lacius in littera domini Johannis desuper confecta ac maiori sigillo suo roborata ista omnia continentur. In quorum eciam omnium predictorum futuram memoriam sigillum nostrum abbatis et conuentus presentibus sunt appensa. Et petiuimus reuerendum in Christo patrem dominum dominum Wilhelmum abbatem et visitatorem nostrum de Hylaria et venerabiles decretorum doctores Nicolaum de Crumpnaw archidiaconum Bechinensem et Johannem de Crumpnaw archidiaconum Pragensem, quibus ista constabant, quod sigilla sua ad hanc litteram nostram appenderunt. Datum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto prima die mensis Augusti.

Die Siegel fehlen.

CCXLV.

1465. 7. April. Rom. — *Der Cardinalpriester Alanus verleiht der Spitalcapelle im Kloster zu Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Alanus miseratione diuina tituli sancte Praxedis sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis uniuersis et singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis visuris pariter et audituris salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia uota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperancium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur ut capella infirmorum in monasterio

Digitized by Google

Altouadensi Pragensis diocesis congruis frequentetur honoribus fidelesque Christi eo libencius deuocionis causa confluant ad eandem, quo ibidem dono celestis gratie uberius se nouerint fore refectos et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis uere penitentibus et confessis, qui dictam capellam in sancti Thome apostoli sancti Michaelis archangeli sanctorum Barbare et Catherine virginum et ipsius capelle dedicacionis festiuitatibus et celebritate huiusmodi deuote visitauerint annuatim et ad reparacionem et conseruacionem edificii calicum librorum aliorumque ornamentorum pro diuino cultu inibi necessariorum manus quocienscunque porrexerint adiutrices, nos cardinalis prefatus pro qualibet die ipsarum festiuitatum et celebritate huiusmodi centum dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus uero perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras exinde fieri nostrique cardinalatus sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Rome sub anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto die uero septima mensis Aprilis pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli diuina prouidencia pape secundi anno primo.

Grosses, fast ganz zerbröckeltes, an rothleinener Schnur hängendes Siegel in rothem Wachs. — Mehrere Heilige in gothischen Capellen, zu unterst ein knieender Bischof und zu dessen rechter Seite ein Schild mit drei Querbalken. Von der Umschrift auf dem erhaltenen Rücken noch zu lesen: Tt. S. P. Avinion. Card.

CCXLVI.

1465. 6. Mai. Hohenfurt. — *Abt Thomas und der Convent von Hohenfurt bewilligen dem Kleriker der Passauer Diöcese, Christophorus von Waldkirchen, den Tischtitel und jährliche vier Schock Groschen.*

Nos Thomas dei gratia abbas monasterii beate Marie virginis in Altouado ordinis Cisterciensis diocesis Pragensis, Leonhardus prior totusque conuentus monasterii eiusdem dilecto nobis in Christo Cristoforo pileatoris de Waltkirchen clerico minorum ordinum diocesis Pathauiensis salutem in domino. Laudabilia tue probitatis ac virtutum merita, quibus aput nos fide digno commendaris testimonio, nos

Digitized by Google

inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque tua didicimus relacione, ut asseris, milicie clericali ascribi desideres, tytulo prouisionis seu beneficio careas, nos igitur pietate moti et ne ob promocionis seu tytuli deffectum proposito tam laudabili desistas inchoato, te ad titulum mense et prouisionis nostre singulis annis superaddentes quatuor sexagenas grossorum intuitu diuine remuneracionis recipimus, volentes ut sub eius mense nostre titulo cum prenominata annuali scilicet quatuor sexagenarum pecunia a quocunque malueris canonico antistite gratiam et communionem sedis apostolice habentem (sic) sacros clericorum ordines maiores temporibus ad hoc a iure statutis successiue tamen et interpellatim valeas recipere, donec tibi per nos seu de nostri monasterii collacionibus aut alibi uel per alios fuerit copiosius prouisum; presentibus eciam protestantes talem antistitem, qui fuerit auctoritatem . . . plenariam, dum tamen te ad hoc . . . abilem et ydoneum aliudque canonicum impedimentum non obstare reperierit, ad tales te sacros ordines consecrare. In cuius robur et testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum appensione iussimus comuniri. Datum in preallegato nostro monasterio sub anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto ipso die sancti Johannis ante portam latinam.

Die Siegel fehlen.

CCXLVII.

1465. 22. September. Krumau. — *Johann von Rosenberg legt den zwischen dem Stifte Hohenfurt und Ludwig von Sonnberg wegen eines gemeinsamen Weges, eines Ackers und Baches bei Sacherles obwaltenden Streit gütlich bei.*

My Jan z Rozmberka wyznawame tiemto listem obecznie przedewssemi, ktoz geig vzrzie nebo eztuece slysseti budu, jakoz ruoznieze byly gsu mezy nassymi na boznymi milymi opatem a conwentem klasstera Wyssebrodskeho s gedne a slowutnym Ludwikem z Zumberka strany druhe o potok a czestu a o meze, kterez sie dole wypisugij, o kterez to wieczy gsu oba polnie na nas mocznie przyssly y wyslali sme na to k spatrzenij a ohledanij radu nassy Jana z Petrowiez ty czasy purkrabi na Crumlowie a Girzijka z Wietrznie a knym na pomocz toho ohledanie przyprosyly gsu strany obie swrchupsane wdole psane tyto dobre lidy Girzijka Grossawera, Przibika Zybrzida z Mostkuow, Oldrzycha ze Dworcze ty czasy purkrabi Nowohradesko, Erasima z Michnicz a Woyticcha z Giwowicz, kte-

Digitized by Google

rzyzto wssyczkny ty wsseczky wieczy s pilnosty a oczytie spatrzyly a nas gich rozumnie vplnie a wczelosty z prawily gsu, kterymzto gsme srozumyely, yako bychom samy osobnie przy tom byly. A tak my take giz vplnie z praweny gsucze a k tomu take s dobru a plnu wuoly stran obu swrchupsanych mezy nymi wypowiedicly gsme a moczy listu tohoto k wiecznemu drzenij wypowiedame takto: Nayprwe ze tu czestu, kteraz gest od staradawna ze wsy kamene na gich pole a do gich lesuow, tu magij lydee z te wsy swobodnu gmiety bez prziekazy Ludwikowy y geho buduczych. Item potok, kteryz tecze mymo wet gessto slowe kamenna, ten ma knyez opat a conwent swrchupsanij y gich buduczy drzety a toho pozywaty az po ty hranycze, yakoz gsu vsazeny kamen s krzyzem s gedne strany potoka a z druhe strany podstranij ynhed proty tomu take kamen s krzyzem a od toho kamene doluow az do Zumberka, ten potok ma Ludwik nadepsany a geho buduczy drzety a toho pozywati bez prziekazy opatowy a conwenta swrchupsanych y gich buduczych. Item o zagezek w tom klassterskem potocze wypowiedame, aby geig sobie Ludwik a geho buduczy swym nakladem oprawowaly tak, aby gym woda do rybnyka ssla, ale toho zagezku nema powyssowati any wyss dielaty nez yako nynie znamenano gest. Item o zakop mezy lukamy a pastwami Ludwikowymi a mezy diedynami tiech lidij klassterskych wypowiedame, aby ten oprawowaly takto lidee klassterssstij z kamenne gedno leto, kdyz by se pokazyl a druhe leto Ludwik a geho buduczy a tak wdyczky po wsseczka leta, kdyz by toho potrzebie bylo v buduczych czasiech oprawowaty magij. Tuto nassy wypowied slybili gsu obie stranie swrchupsane od sebe y swych buduczych sobie wiernie a prawie drzety a zachowaty bez przerussenie wsselikeho. A toho na swiedomye peczet nassy wietssy s nassy wuoly a gistym wiedomym przywiesyti gsme kazaly k tomuto listu. Genz gest dan a psan na Crumlowie leta po narozenij syna bozieho tisycz cztrzsteho ssedesateho pateho w to nediely den swateho Mauriczij.

Das schon beschriebene grössere, an Pergamentstreifen hängende Siegel in rothem Wachs des Johann von Rosenberg.

Digitized by Google

CCXLVIII.

1465. 28. October. Hohenfurt. — *Bischof Sigismund von Salona verleiht der Hohenfurter Stiftskirche einige Indulgenzen.*

Nos Sigismundus dei et apostolice sedis gratia episcopus Salonensis cooperator in pontificalibus ecclesie Pathauiensis vniuersis Christi fidelibus deum sincero corde colentibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est vera salus viuorum et mortuorum. Quia pro modulo nostro fidelium mentes vnius effici voluntatis et ad cultum diuinum ex cordis affectu per opera pie deuocionis Christi fideles alicere cupientes de consensu et voluntate specialique singulari commissione venerabilium administratorum ecclesie Pragensis sede vacante gratia sancti spiritus nobis specialiter suffragante ea diligentia et deuocione, qua potuimus, in monasterio Altiuadensi gloriosissimeque dei genitricis virginis Marie altare in media ecclesia situatum de nouo consecrauimus in honore sancte ac victoriosissime crucis et sancti Andree apostoli ipso die sanctorum apostolorum Symonis et Jude, que fuit vicesima octaua die mensis Octobris, dedicacionem autem prenominati altaris ipso die sancte crucis inuencionis et exaltacionis statuimus a cunctis Christi fidelibus perpetuo venerari. Igitur omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui ad predictum altare conuenerint missasque ibi legerint, siue manus adiutrices porrexerint cum cera candelis libris quibusue aliis rebus ad cultum diuinum spectantibus, si qua deuote obtulerint, in omnibus festiuitatibus infrascriptis: Natiuitatis domini circumcisionis epyphanie resurreccionis ascensionis domini nostri Jesu Christi in festo penthecosten (sic) trinitatis corporis domini nostri Jesu Christi et per octauas eiusdem dominici corporis atque in omnibus festiuitatibus sanctissime dei genitricis virginis matris Marie et per octauas assumpcionis et visitacionis Marie ad Elyzabeth omni die dominico sancti Mychaelis archangeli omnium sanctorum Johannis baptiste sancti Andree apostoli et omnium apostolorum Stephani et Laurencii martyrum Nicolai Martini Jeronimi presbyteri Marie Magdalene, Katherine Margarethe Barbare Dorothee in festo dedicacionis predicti altaris, qui ad predictum altare deuote conuenerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eorum auctoritatibus confisi semper quadraginta dies criminalium et octaginta venialium de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in

Digitized by Google

domino relaxamus. Datum et actum loco et temporibus quibus supra sub anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto harum testimonio litterarum sub appensione nostri sigilli roboratum.

An Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs. — Maria mit dem Jesukinde in einem Strahlenkranze, zu ihren Füssen ein Schild mit einem achtstrahligen Sterne, in dessen Mitte ein Storch (?) mit einer S förmig gewundenen Schlange (?). — S . Sigismundi . Dei . Gracia . Salonensis.

CCXLIX.

1465. 3. November. Rosenberg. — *Derselbe verleiht bei Gelegenheit der durch ihn erfolgten Einweihung zweier Altäre und des Friedhofes der Rosenberger Kirche einige Indulgenzen.*

Wür Sigismundus gottes vndt des apostolishen stuels gnadt bischoff zu Salon mithelfer in päbstlichen verrichtungen ecclesiae Pathaviensis winshe allen christglaubigen (so gott mit warhafften herzen anbetten vndt disen brief beschaun) meinen grues beuor, der da ist das wahre hayl der lebendtigen vndt der todten. Dieweill wür für vnser wenigkeith die gemüether der christglaubigen verlangen eines gueten willen zu sein vndt zu den göttlichen dinst aus ganzen herzensgemüeth durch die werckh der reiffen andacht die christglaubige verlangen zu bringen, so ist vns aus consens vndt speciali odter absonderlichen willn vndt absonderlichen aufftrag der vill ehrwürdtigen herrn administratorn der Prägerischen kürch vacante sede auss gnadt des hl. geistes mit fleüss vndt andacht, souil vns miglich, aufgetragen vndt erlaubt worden, zu Rosenberg in der kürch dess heiligen Nicolai den hochaltar, so in vorchor stehet, auf ein newes geweicht haben zu ehrn des heiligen bischoffs Nicolai vndt Bartolomei apostoli, wie auch den new aufgerichten altar in der mütten der kürch zu ehrn der heiligen jungfrawn Barbarae vndt Sebastiani martiris den nechsten sontag nach dem fest aller heylligen, welches gewest der dritte tag Nouembris, die kürchweyh aber des altars des heiligen Nicolai bischoffs vndt des heiligen Bartolomei apostoli haben wür verornet zu halten an selbst aignen tag der translation des heiligen Nicolai, vndt die kürchweyh des altars der heiligen Barbarae vndt Sebastiani martyris in dero selbst aignen tägen von allen christglaubigen zu uerehren zu celebriern vndt zu begehen. Eben auch an disen sontag haben wür auch den freythoff gemelter kürchen in Rosenberg reconciliert. Dahero allen christ-

Digitized by Google

glaubigen, so ibre sündt berewet gebeichtet vnd comuniciert vndt zu solchen altärn komben odter mess darauf lesen odter hilfreiche handt laisten mit waxkerzen büechern odter andern sachen zu den göttlichen dinst gehörig andächtig aufopfern, verleihen wür an allen hierundter benenten festtägen, alss nemblich an tag der gebuerth Jesu Christi circumcisionis odter newen jahr ss. 3 königen pfingsttagen aufferstehung auffarth s. dreyfaltigkeith corporis Christi vndt durch dise ganze octav corporis Christi wie auch an allen festtägen der heyl. gottesgebehrerin Mariae v. vndt durch die octau der himelfarth vndt haimbsuechungfest Marie der muetter gottes zu Elisabeth item alle sontäg des h. erzengel Michaelis aller heylligen an tag des h. Joan. des baptistae des h. Andree apostoli des h. Bartolomei vndt aller andern aposteln des h. Stephani Laurenti vndt Sebastiani Nicolaii Martini Hieronimi presbyteri Mariae Magdalenae Catharinae Margarithae Barbarae Dorotheae vndt der 11000 jungfrawen der h. Vrsulae vndt in allen weyhungtägen obbenenter altär andächtig besuechen, aus bormherzigkeith gottes des allmechtigen vnd crafft fürbitt der ss. aposteln Petri vndt Paulli vertrawen denen selben thaillen wür mit 40 täg ablass der tödlichen sündten der lässlichen aber 80 von ihrer auferlegten buess. Gegeben an orth vndt zeith an welchen wür an jahr des herrn 1465 mit zeugnus vnsers angehengten sigil vndt petschafft becräfftiget.

Das lateinische Original ist nicht mehr vorhanden; die vorstehende Übersetzung nach einer neueren Abschrift.

CCL.

1465. 12. December. Krumau. — *Johann von Rosenberg tritt dem Stifte zu Hohenfurt einen Besitz in den Dörfern Neudorf, Kropfschlag und Reichenau ab.*

My Jan z Rozmberka s swymi diediczi a buduczimi wyznawame tiemto listem obecznie wssady a przedewssemi, ktoz geig vzrzie anebo cztucze slysseti budu, ze gsme daly a s stupily a moczij tohoto listu dawame y s stupugem diediczstwie nasseho wlastnieho w Newdorfu dwuor, na kteremz nynie sedij Kuncz a platij vroka roczniehо padesat dwa grosse a piet peniez a podsedek tudiez, na kteremz sedij Mikl a platij vroka roczniehо deset grossuow; a w Krapsslaku dwuor, na kteremz nynie sedij Wdowa, a platij do roka czyrzidczeti grossuow a w Rychnowie pod Witkowym Kamenem dwie sedlisstie s

gich krunty na gednom sedij Wernczl a platij do roka gedenmezczietma grossuow a trzi penieze a cztyrzi czebry owsa, a druhe sedlisstie, na kteremz prwe sediel Grossawar, a na tom gest tolikez vroka y owsa iako na prwnim, a z tiech obu magij dawati a dawagij desatek zytny w snopiech naboznym nassim milym opatu a conwentu classtera Wyssebrodskeho nynieissim y buduczim, ku prawemu wiecznemu drzenij a poziwanij s pluym panstwim a prawem, iakoz gsme to sami miely, sobie tu nicz nepoznostawugicze. A to gim mame oczistiti y slybugem oswoboditi przed kazdym ziwym czlowiekem duchownim y swietskym, ktozby to kterym prawem narziekal, a dale w tom gich obrancze byti tez iakozto y w ginem gich zbozij nadanie przedkuow nassich y nasseho wierne a prawie. A to swrchupsane zbozie mame gim y slibugem w acta wloziti na hradie Prazskem przed diekanem a vrzedniky tudiez duchownimi, kdyz naiprw moczi budem, a prazdnost nasse k tomu bude wiernie bezelsti. A toho na potwrzenie a zdrzenie y lepssij gistotu nassi peczet wietczij dalisme a kazali przziwiesyti k tomuto listu dobrowolnie. Genz gest dan a psan na Crumlowie leta od narozenie syna bozieho tisiczieho cztyrzsteho ssedesateho pateho ten czwrtek przed swetu Luczij.

Das Siegel ist oben beschrieben worden.

CCLI.

1466. 22. Februar. O. AO. — *Abt Thomas und der Convent des Klosters Lambach treten mit dem Abte Thomas und dem Convente zu Hohenfurt in Confraternität.*

Venerabilibus ac religiosis in Christo patribus et fratribus domino Thome abbati totique conuentui monasterii de Altouado ordinis sancti Bernhardi Pragensis dyocesis nos fratres Thomas abbas Johannes prior totusque conuentus monasterii Lambacensis ordinis sancti Benedicti Patauiensis dyocesis cum sincere karitatis affectu salutem in domino perhenniter adipisci. Quia mediante caritate, que vinculum perfeccionis ab apostolo predicatur, membra singula in corpore sancte matris ecclesie sibi inuicem coniunguntur, et Christo suo capiti ad percipiendum per ipsum et in ipso graciarum spiritualium influenciam vniuntur, tanto liberius atque libencius sinum caritatis in ampliande confraternitatis consorcium dilatamus, quanto ad

Digitized by Google

participacionem fructus huiusmodi feruencius anhelamus. Vnde vestrarum caritatum affectu et religiositate moti matura deliberacione prehabita plene confraternitatis bonorum scilicet omnium consorcium et communionem in missis orationibus elemosinis abstinenciis et vigiliis ac aliis virtutum exerciciis, que diuina clemencia per presentes nos et successores nostros in dicto monasterio Lambacensi dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris fraternitatem concedimus et presencium tenore roboramus. Adicientes quod cum obitus vnius vel plurium predicti monasterii vestri professi uel professorum nobis nunciatus fuerit, vigilias et missam defunctorum iuxta consuetudinem nostri monasterii persoluemus, sed et singuli sacerdotes missas legentes singulas missas clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum, scilicet vigilias nouem leccionum cum laudibus conuersi quoque centum „pater noster“ cum totidem „aue Maria“ in remedium animarum eorundem dicent. In quorum omnium testimonium et robur hanc paginam sigillis nostris munitam prefatis fratribus nostris tradere decreuimus. Datum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto sabbato ante dominicam „Inuocauit“.

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* Gross, in rothem Wachs. — Ein Abt mit Inful, Buch (in der Rechten) und Stab in gothischer Capelle sitzend. — † S . Thome . Dei . Gra . Abbatis . Monasterii . Lambaces. *b)* Ungewöhnlich gross und rund, in schwarzem Wachs. — Maria mit dem Jesukinde sitzend auf einer Bank; ein Bischof kniet vor ihr und reicht ihr eine zweithürmige im romanischen Style erbaute Kirche, auf deren hinterster Dachspitze ein Hahn sitzt, dar. Den Bischof umgibt ein Heiligenschein und auf der einen Seite dieses in zwei Zeilen: ero-ida (?). — † Sigillvm . Conventvs. Ecclesie. Lambacensis.

CCLII.

1466. 14. Juli. Schlägl. — *Der Propst Andreas und der Convent des Klosters Schlägl treten mit dem Abte Thomas und dem Convente des Klosters in Hohenfurt gleichfalls in Confraternität.*

In nomine domini amen. Reuerendo in Christo patri ac domino domino Thome abbati necnon venerabilibus ac religiosis viris et fratribus Leonardo priori totique conuentui monastery Altouadensis ordinis Cisterciensis Pragensis diocesis frater Andreas prepositus Egidius prior totusque conuentus monastery Slagensis ordinis Pre-

Digitized by Google

monstratensis Patauiensis diocesis cum orationum suffragio salutari omnimodarumque complacenciarum applausum. Pensantibus nobis et animi nostri in archa sollicite reuoluentibus, ut habetur 2° Regnum xiii.: „Omnes morimur et quasi aqua dilabimur", et quod vita hominis est tamquam vapor ad modicum parens, vt euidenter beatus Job in suo agyographo expressit dicens: „Homo natus de muliere breui viuens tempore" etc. et fugit velut. (sic) et redigitur in id, de quo factus est, nec tamen sciri potest, quis quo dignus sit odio an amore. Quamuis ex caritatis debito omnes teneamur illis tamen longe amplius, quorum deuocionem ceteris beneficiorum indicys frequentius experimur, veluti clara experiencia cognouimus, quo ardore ipsa caritas per spiritum sanctum cordibus vestris infusa in nos tendat. Quare dignum reputamus et super omnia diuine acceptabile voluntati ad hoc operose intendere, quomodo mutuis orationibus et labore transitorio quietem perpetuam possimus emercari. Eapropter nos vnanimi consensu vestre caritati et affeccioni grata deuocione obuiantes pagina presenti roborante statuimus vobiscum perpetue fraternitatis vnionem cum participacione omnium bonorum in vita pariter et in morte, que per nos et posteros nostros exnunc et deinceps operata fuerit clementia saluatoris. Adicientes quod, cum diuine placuerit voluntati, de exilio instantis miserie vos vocare, vesterque obitus multo annuente domino tempore differendus nobis fuerit intimatus, quem dominus felicem faciat mox pro ipsius uel ipsorum remedio animaram die competenti in capitulo nostri monastery iuxta consuetudinem psalmas defunctorum lectis scilicet verba mea domine ne infu. dilexi credidi de pro fund. cum commendacione missa vero et vigilie defunctorum diligenter adimplebuntur. Sed et singuli sacerdotes quilibet missam pro eodem defuncto seu defunctis persoluent infra sacerdocium quinquagenam psalmorum, laici vero centum „pater noster", diesque obitus ipsorum nostro martologo (sic) annotantes, ne vestra circa nos et successorum vestrorum fraterna pereat memoria. Et sic vt, qui nexu amoris corporalis in Christo coniungimur, solutis corporibus in requie beata feliciter congregemur. Vt autem conpromisse fraternitatis vinculum ex parte nostri ac successorum nostrorum inconuulsum permaneat, presentem litteram sigillorum nostrorum prepositi et conuentus duximus appensione roborandum. Datum et actum nostro in monasterio Slagensi quarta decima mensis July anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Digitized by Google

Zwei beschädigte, an Pergamentstreifen hängende Siegel in grünem Wachs. — *a)* Mittelgross. Maria mit dem Jesukinde, stehend. — † Sigillum. Domini . And . . e . Prepositi . Ecclesie . Plagensis. *b)* Ziemlich gross; Maria mit dem Jesukinde sitzt auf einer Bank mit gitterförmiger Lehne. — † S. Conventvs . Dom . . . e . Marie . I . Plaga.

CCLIII.

My Wok a Petr wlastnij bratrzij z Roznberka etc. gmenem nassim a ginych bratrzij y diediczuow nassich wyznawame tiemto listem wssem wuobecz a predewssemi, ktoz geig vzrzie a czisti nebo cztucze slysseti budu, jakoz gsme vdielali na panstwij nassem v Dechtarz rybnijk nowy weliky, kterymzto rybnikem zatopili a swedli gsme wes Humno a platu roczniehо piet kop a piet grossuow na lidech tu osedlych, kterazto wes a plath prislussel gest welebnemu a naboznemu v boze otczi a kniezi kniezi Thomanowi opathowi y conwentu klasstera nasseho v Wissibrodie. Y prosili sme swrchupsaneho knieze opatha y bratrzij tehoz conwentu, ze gsu k tomu swolili a nam swu dobru wuoli w tom pro nasse dobre okazali, ze gsu od nas odmienu slussnu zase przigeli totizto wes Chudiegiow a wes Girziczkow s platy y ospy na panstwij nassem Roznberskym na lidech tu osedlych dole psanych, totizto we wsy w Chudiegiowie platu roczniehо Waczlaw puol cztrnadczta grosse a dwa czbery owsa, Janek puol cztrnadczta grosse a dwa czbery owsa, Janek Ruozek puol cztrnadczta grosse a dwa czbery owsa, Matieg Kabat puol cztrnadczta grosse a dwa czbery owsa, a Beda sedmmezczietma grossuow a cztirzi czbery owsa; a przi swatem Girzij schazij na swrchupsanych lidech za owes dwanadczt grossuow. A we wsy Girziczkowie plathu roczniehо: Gira se dworu geden funth peniez a cztirzi czbery owsa a trzi slepicze, Gira Michaluow syn dwanadczt

grossuow, dwa czbery owsa a dwie slepiczy, a Petr se cztwrti sedm grossuow a geden czber owsa, kterezto wsy swrchupsane Chudiegiow a Girziczkow s platy s ospy y s kury swrchupsanymi y s lidmi platnymi, s diedinami ornymi y neornymi, s lukami, s chrastmi s chrastinami, s pastwami y s pastwisstiemi, s obczemi, s mezemi, s hraniczem, iakozto od starodawna w swym polozenij zalezie y se wssy zwolij a wsselikym przislussenstwym, czoz k tiem wsem a lidem przislussie, tak se wssim, yakoz sme sam drzeli nicz owssem sobie tu na tom ani swym diediczom a buduczim prawa zadneho nepozuostawugicz, ani ktereho zwlasstenstwie, ku prawemu diedicztwij a plnemu panstwij postupili sme, a moczij listu tohoto postupugem swrchupsanemu kniezy opathowi klasstera Wyssebrodskeho nynieissiemu y buducziemu y conwentu tehoz klasstera nynieyssiemu y buducziemu. A mame, dluzni sme a powinni slibugicze tiemto listem nassym, dobru nassi wieru krzestiansku nadepsanemu kniezy opathowi y conwentu klasstera swrchupsaneho nynieissiemu y buducziemu ty swrchupsane wsy se wssim gich przislussenstwim, czoz k tiem wsem przislussie, tak iakoz se swrchupisse a gmenuge, kdyz koliwiek od nich my aneb nassi diediczi a buducij napomenuti budem, hned na prwnie suchedni, neb na druhe bezelsti, a konecznie na trzetij suchedni wedczky zemske a w acta wloziti a zapsati ku prawemu gich diedicztwij a plnemu panstwij a zprawcze hodne postawiti wedle rzadu a obyczege zemie Czeske czistie bez zmatku wsselikterakeho tak, iakoz zemie Czeska za prawo ma, tak aby swrchupsane wsy s platy, s ospy, s kury y s lidmi swrchupsanymi k tomu boziemu domu a klasstera swrchupsanemu wiecznie przislusseti, drzany a poziwani byli bez nassie a nassich diediczuow y buduczich wsselikterake przekazky. Tomu na potwrzenie peczeti nasse wlastnie rozkazali sme przziwesiti k tomuto listu dobrowolnie, genz gest dan a psan na Crumlowie letha od narozenie syna bozieho tisicziecho cztirzsteho sedmdesateho dewateho ten cztwrtek przed kwietnu nedielij.

Zwei, an Pergamentstreifen hängende Siegel in rothem Wachs. *a)* Ziemlich gross. Ein Schild, worauf eine Rose, wird von einem rosengezierten Helm überdeckt. — Sigilu . Wocconis . De . Rosenberg. *b)* Klein; Schild mit einer Rose. — S ⨯ Petri ⨯ De ⨯ Rosenberg ⨯ — Die Pergamentstreifen sind mit den Namen der Siegler bezeichnet.

Digitized by Google

CCLXVII.

1479. 11. December. Krumau. — *Andreas, Propst von Kloster Schlägl, Johannes, Pfarrer in Krumau, Wenzl von Schwamberg, Konrad von Petrowitz und Erasmus von Michnitz vidimiren die Urkunde, worin Kaiser Karl IV. dem Stifte zu Hohenfurt Steuerfreiheit bewilligt.*

Nos Andreas miseracione diuina prepositus monas-[terii beat-]e virginis Marie in Plaga ordinis Premonstratensis, Johannes de Hericz decanus Dudlebensis archidiaconus Bechinensis plebanus in Crumlow, Wenceslaus de Sswamberk, Conradus de Petrowicz et Erasimus [de Michni-]cz presentibus publice recognoscimus et profitemur, quod reuerendus in Cristo pater et dominus dominus Thomas abbas monasterii beatissime virginis Marie in Altouado ordinis Cisterciensis in Crumlow constitut-[us nobis p-]roduxit in medium et ostendit litteram quondam inuictissimi ac serenissimi principis et domini domini Caroli diue reminiscencie Romanorum et Bohemie regis gloriosissimi sigillo sue magestatis penden-[ti munitam] super nonnullas libertates vtpote nonsolucione berne regalis singulisue steuris collectis imposicionibus precariis angariis perangariis peticionibus vngeltis hospitalitatibus subsidiis agrau-[iminibus et] oneribus quibuscunque monasterio in Altouado sonantem, quam quidem litteram sanam et per omnia integram 'non rasam non cancellatam neque in aliqua sui parte suspectam sed omni prorsus vicio a-[e suspitione ca-]rentem solerter comperimus esse directam, cuius tenor de verbo ad verbum per omnia sequitur et est talis: [Folgt die Urkunde Nr. XC.] Nos itaque Andreas prepositus, Johannes dec-[anus Wence-]slaus de Sswanbergk, Conradus de Petrowicz et Erasimus de Michnicz suprascripti preexpressa clareque de verbo ad verbum descripta littera visa perlecta audita et diligenter ausculta-[ta ad prece-]s supratacti domini abbatis hanc litteram vidimus non per errorem aut inprouide sed animo deliberato de certaque omnium nostrum sciencia confecimus per presentes. In cuius rei testimonium [sigilla] nostra propria presentibus duximus appendenda. Datum in Krumlow anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono sabbato ante sancte Lucie virginis.

Die Urkunde ist beschädigt, das Eingeklammerte nach neueren Abschriften. Vier (*b* guldengross) kleine an Pergamentstreifen hängende Siegel *b* und

Digitized by Google

c in rothem Wachs, *d* und *e* in schwarzem Wachs. *a)* Das Siegel des Schlägler Propstes fehlt. *b)* Beschädigt, das Siegel des Pfarrers Johann von Höritz, schon beschrieben. *c)* Ein Schild mit einem Schwan. — S. Waczlaw. Z. Swamberc. *d)* Ein in zwei Felder senkrecht getheilter Schild, das rechte Feld mit drei Querbalken; über dem Schilde ein Helm mit einem halben Flügel. — Kvnrat. Z. Petrovic. *e)* Das Siegel des Erasmus von Michnitz, bekannt.

CCLXVIII.

1480. 16. Juli. Mühlhausen. — *Abt Nikolaus und der Convent der Prämonstratenser zu Mühlhausen treten mit dem Abte Thomas und dem Convente zu Hohenfurt in Confraternität.*

Venerabilibus ac religiosis in Christo patribus et fratribus domino Thome abbati Jocobo priori totique conuentui monasterii Altiuadensi (sic) ordinis Cisterciensis Pragensis dyocesis nos fratres Nicolaus abbas Venceslaus prior ordinis Premonstratensis eiusdem dyocesis totusque conuentus cum sincere caritatis affectu salutem in domino perhenniter adipisci. Quia mediante caritate, que vinculum perfeccionis ab apostolo predicatur, membra singula in corpore sancte matris ecclesie sibi in vicem coniunguntur et Christo suo capiti ad percipiendum per ipsum et in ipso graciarum spiritualium influenciam vniuntur, tanto liberius atque libencius sinum caritatis in ampliande confraternitatis consorcium dilatamus, quanto ad participacionem fructus huiusmodi feruencius anhelamus. Vestrarum igitur caritatum affectu et religiositate moti matura deliberacione prehabita plene confraternitatis bonorum scilicet omnium consorcium et communionem in missis oracionibus elemosinis abstinenciis et vigiliis ac aliis virtutum exercciis, que diuina clemencia per presentes nos et successores nostros in dicto nostro monasterio Milocensi dignabitur operari, vobis ac successoribus vestris fraternitatem concedimus et presencium tenore roboramus, adicientes quod cum obitus vnius uel plurium predicti monasterii uestri professi uel professorum nobis nuncciatus fuerit, missam defunctorum cum exsequiis iuxta conswetudinen nostri monasterii persoluemus, sed et singuli sacerdotes missas legentes singulas missas, clerici vero missas non legentes officium defunctorum totum vesperas scilicet vigilias nouem leccionum cum laudibus, conuersi autem centum „pater noster“ cum totidem „aue Maria“ in remedium animarum eorumdem dicent. In quorum omnium testimonium et robur hanc paginam sigillis nostris munitam prefatis fratribus

Digitized by Google

nostris tradere decreuimus. Datum et actum nostro in monasterio Milocensi dominico post festum sancte Margarethe virginis anno domini milesimo quadringentesimo octuagesimo.

Zwei, an Pergamentstreifen hängende Siegel. *a)* Gross, in schwarzem Wachs. — Abt mit Stab und Buch in einer gothischen Capelle, zu seinen Füssen ein Schild mit dem Brustbilde des heiligen Norbert (?) — Sigillvm. Nicolai . Abbatis . Monasterii . Milocensis. *b)* Ziemlich gross, in weissem Wachs. — Ein Abt mit Buch und Stab auf einer Bank sitzend; rechts ein S. links ein E. — Sigillum . Couuentus . Monasterii . Mylocensis.

CCLXIX.

1481. 13. Februar. Borowan. — *Andreas, Propst des Augustinerklosters in Forbes, und der Convent daselbst treten mit dem Stifte zu Hohenfurt gleichfalls in Confraternität.*

Reuerendo in Christo patri domino Thome abbati religiosis insuper viris et dominis Jacobo priori totique conuentui monasterii Altiuadenuis Cisterciensis ordinis Andreas prepositus Johannes prior ceterique canonici ordinis sancti Augustini monasterii vistiacionis beate virginis in Borowan salutem et ea, que ad salutem diriguntur sempiternam. Sane expertissimorum suasu, quorum vie viteque luce clarius nobis salutis prebentur, experimenta inducimur, vt nedum presentia contemplari verum tanto forcius de futuris debere intendere, quanto ea perpetuiora cognouerimus existere atque profutura, nec quidem felicius extimari potest, nisi qui cumulatis meritis omnium aduentantem dominum inpauidus prestolando propicium sibi habere valeat et placatum; sed quia vicio dediti humanitatis ambiguum est, dei amore an potiamur uel odio ea de re necessario alter alterius subleuari cogimur precibus. Vobis igitur in presentiarum viris venerandis veram fraternitatem et participacionem omnium et singulorum bonorum spiritualium que priuatim uel communiter facturi fuerimus fuuerintque successores nostri in domino sincerius elargimur eueque. Volumus preterea sicut et nos ita et futuros nostros obligari pro cuiuslibet anima defuncti ad vigilias maiores cum missa cantata et commendacione consueta singuli vero socerdotum vnam missam eodem uel alio die post obitus annuctiationem legere tenebitur (sic), subsacerdotes vero totum vigiliarum officium adimplebunt, fratres autem laici centum orationes dominicas cum totidem salutacionibus angelicis pro remedio anime persoluent salutari. Nomina quoque

Digitized by Google

ipsorum fratrum ut nostrorum nostro mortuorum annotabimus libro. Huius ergo fraterne vnionis in robur presentes litteras sigillis prepositure et conuentus communitas caritatibus vestris assignauimus condecenter. Datum Borowan xiii° Ffebruarii anno octuagesimo primo mille quadringentis enolutis.

Zwei gleich grosse (guldengross) an Pergamentstreifen hängende Oblatensiegel in weisses Papier gedrückt. *a)* Maria mit dem Jesukinde in gothischer Capelle; zu ihren Füssen ein in zwei Felder getheilter Schild, in derer jedem eine Eichel. — S . Ppositi . De . Borowan a° d. 1464. *b)* St. Augustin in gothischer Capelle, zu seinen Füssen ein Schild wie oben. — S . Couentus. De. Borowan. a. d. 1464. Dieses Siegel ist etwas schlecht abgedruckt.

CCLXX.

1481. 11. April. Krumau. — *Petrus Antonius de Fregeno, Bevollmächtigter des Papstes Sixtus IV. in Sachen des Kreuzzuges gegen die Türken, ermächtigt den Abt Thomas von Hohenfurt, sich durch einen beliebigen Priester von allen Sünden und Vergehen lossprechen zu lassen.*

Nos Petrus Anthonius de Fregeno comissarius sacre religionis ciuitatis et insule sancti Johannis de Rhodi (sic) a sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Sixto diuina prouidencia papa quarto et vigore litterarum suarum pro expedicione contra perfidos Turcos cristiani nominis hostes in defensione insule Rhodi et fidei catholice facta et facienda concessarum ad infrascripta per vniuersum orbem deputatus, dilectis nobis in Christo domino Thome abbati monasterii Altouadensis cum ceteris fratribus videlicet Andree 1° Thome Vincencio Jacobo Johanne primo Andree 2° Vito Henrico Paulo Bartholomeo Philippo Johnnne 3° Cristofero Petro et Thome conuerso salutem in domino sempiternam. Prouenit ex tue deuocionis affectu, quo Romanam ecclesiam reuereris ac te huic sancte expedicioni et necessarie gratum reddis et liberalem, vt peticiones tuas illas presertim, que consciencie pacem ad exaudicionis graciam admittamus. Hinc est, quod nos tuis deuotis supplicacionibus inclinati tibi ut aliquem idoneum et discretum presbiterum secularem uel cuiusuis ordinis regularem in tuum possis eligere confessorem, qui confessione tua diligenter audita pro commissis per te quibusuis criminibus excessibus et delictis quantumcumque grauibus et enormibus, eciam si talia fuerint, propter que sedes appostolica sit quouismodo merito consulenda, inieccionis manuum in episcopum

Digitized by Google

uel superiorem ac libertatis ecclesiastice offense seu conspiracionis in personam aut statum Romani pontificis uel cuiusuis offense inobediencie aut rebellionis sedis eiusdem ac presbitericidii casibus dumtaxat exceptis in reseruatis, semel tantum in aliis vero non reseruatis, tociens quociens fuerit opportunum, debitam absolucionem impendere et penitenciam salutarem iniungere ac omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris, semel in vita et semel in mortis articulo plenariam remissionem et indulgenciam auctoritate apostolica tibi concedere possit, qua per ipsius sedis literas sufficienti facultate muniti fungimur in hac parte, indulgemus. In quorum fidem has nostras litteras sigilli nostri appensione munitas fieri iussimus. Datum Crumlouie anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo die vndecima mensis Aprilis.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift im hs. Codex N. 86 f. 42'.

CCLXXI.

1481. 17. April. Rom. — *Mehrere Cardinäle verleihen der Pfarrkirche in Unterhaid einige Indulgenzen.*

Guillermus Ostiensis, Oliuerius Albanensis, Marcus Pinestrinus (sic) Baptista Tusculanus episcopi, Stephanus tituli sancte Marie in Transtiberim, Johannes tituli sancte Praxedis, Johannes tituli sancti Marcelli, Ihieronimus tituli sancte Balbine presbyteri, Franciscus sancti Eustachii, Johannes sancte Marie in Aquirio diaconi miseratione diuina sacrosancte Romane ecclesie cardinales uniuersis et singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis visuris lecturis pariter et audituris salutem in domino sempiternam. Splendor diuine glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia uota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur ut ecclesia parrochialis sancti Egidii in Prato Pragensis diocesis, ad quam dilecti nobis in Christo Nicolaus Hebel et Wolfgangus carnificis (sic) laici dicte Pragensis diocesis, vt accepimus, specialem gerunt deuotionem, congruis frequentetur, honoribus et in suis structuris ac edificiis debite reparetur augeatur conseruetur et manuteneatur, libris calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis decoretur fulciatur et

Digitized by Google

laudabiliter muniatur, in ea quoque cultus augmentetur diuinus Christique fideles ipsi eo libentius deuotionis causa confluant ad illam, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie vberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in ferie tercie post festum resurectionis domini nostri Yesu Christi ferie secunde post pentecosten sancti Egidii confessoris dominice prime post festum sancti Michaelis et ipsius ecclesie dedicationis festiuitatibus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusiue deuote visitauerint annuatim, et ad reparationem conseruationemque edificiorum ac munitionem calicum librorum aliorumque ornamentorum inibi pro diuino cultu necessariorum manus porrexerint adiutrices, nos cardinales prefati et quilibet nostrum pro quolibet die dictarum festiuitatum, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri nostrorumque cardinalatuum sigillorum iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Rome in domibus nostris sub anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo die uero decima septima mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri Sixti pape quarti anno decimo.

Sechs grosse beschädigte, in blechernen Kapseln aufbewahrte an rothen Hanfschnüren hängende Siegel in rothem Wachs. *a)* Fehlt. *b)* Ist nur mehr die Blechkapsel vorhanden, ebenso von *d* und *f*. *c)* Drei Heilige in Capellen, ober ihnen Maria Hilf und zwei andere Heilige in ähnlichen Capellen. — Marcvs . . vs . Prehistinus . Patriarc . . . Cardinalis . S . Marci. *e)* Die heilige Dreifaltigkeit in ihrer ältesten Abbildung. — . . . Tt . Marie . Transtiberim . Pbri . Card . . . *g)* Maria mit dem Jesukinde und beiderseits Heilige in gothischen Capellen. *h)* Kapsel fehlt; Maria mit dem Jesukinde u. s. w. wie *g*. — . . . rcelli . Pbri . Carlis . S. Angeli . Nvc . . . *i)* Wie *h*, dann unten ein Bischof, zu dessen beiden Seiten Schilde mit einem Kreuz. — S . F . Tti . He . . . ii . Diaconi . Car . Senensis. *k)* Vier Heilige — mitten St. Peter und Paul, rechts Johann Bapt. — über ihnen Maria Hilf, in einem Säulengange. — . . . nis . San . Diaconi . Cardinalis . De . Col. — Bei den Schnüren, wo selbe durch die Urkunde gezogen sind, nach der Reihe: Rothomag^{m}, Napoli, Sanctis Marc (sic), Sancta Maria in Porticu, Mediolanen., Nouarien., Rocanaten., Sancti Angeli, Senen., Colona.

Digitized by Google

CCLXXII.

1481. 17. Juli. Krumau. — *Ursus de Ursinis, Bischof von Theano und apost. Legat durch Deutschland, Ungarn, Polen, Böhmen und Dänemark, verleiht dem Hospitale zur heiligen Elisabeth im Kloster zu Hohenfurt einige Indulgenzen.*

Vrsvs de Vrsinis dei et apostolice sedis gratia episcopus Theanensis necnon prefate sedis et sanctissimi domini nostri pape Vamanie (sic) Hungarie Polonie Boemie et Dacie legatus vniuersis et singulis Christi fidelibus salutem sinceram in domino caritatem. Splendor paterne glorie, qui mundum sua ineffabili illuminat claritate, pya vota fidelium de ipsius clementia mayestatis sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur ut hospitale in monasterio Althowadensi situm Pragensis diocesis congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter veneretur et in eo cultus diuinus augeatur ac ipsi Christi fideles causa deuotionis frequentius confluant ad illud, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festiuitatibus penthecostes Elizabeth patrocinii dicti hospitalis in die dedicationis, que est feria secunda post penthecosten, et assumptionis beate virginis dictum hospitale deuote visitauerint et diuinis interfuerint, auctoritate legationis nostre, qua fungimur, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis penitenciis misericorditer relaxamus. In cuius rei fidem et testimonium has nostras patentes litteras indulgentiarum fieri et per secretarium nostrum subscribi sigillique nostri oblongi jussimus et fecimus appensione conmuniri. Datum in Cromnaw die Martis decima septima mensis Julii, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti anno decimo.

Laurentius Modrewitz subscripsit.

Schönes, an rothleinener Schnur hängendes Siegel in rothem Wachs, beschädigt. Die heilige Dreifaltigkeit in ältester Darstellung, rechts und links Maria Hilf, beides in gothischen Capellen; unten ein knieender Bischof und beiderseits das Wappen der Ursini. — S . Pontifical . Dni . Francis . . . illo . D . Falerno . . . Dares (?).

Digitized by Google

CCLXXIII.

1481. 1. September. Budweis. — *Wolfgang Rabenstein, Priorstellvertreter der Brüder Prediger in Budweis, urkundet über die von dem Budweiser Bürger Wolfgang Knoll der Höritzer Pfarrkirche geschenkten Reliquien.*

Anno domini M°CCCCLXXXI. in festo beatorum Felicis et Adaucti martyrum deuotus et honestus laicus Wolfgangus Chnoll carnifex ciuis Budwicensis hanc manum deauratam simul cum annexo argenteo deaurato pectorali ac preciosissimis reliquiis in eo contentis et registratis obtulit deuotissime ecclesie parrochiali in opido Hericz. Eodem die per omnia similem manum cum reliquiis obtulit etiam ad capellam prefatorum sanctorum martirum in monasterio beate virginis ordinis predicatorum in Budweis. Continet autem hoc presens pectorale reliquias infrascriptas: [Duas particulas notabiles de reliquiis]* sanctorum Stephani et Laurentii martyrum in vno fasciculo primo loco posito. Item de crinibus beate Katherine virginis et martyris. Item reliquias sanctorum felicis et Adaucti martyrum. Item de loco natiuitatis beate virginis lapillus. Item de presepio Christi infantis.

Vt igitur omnis ambiguitas suspicio uel error Christi fidelium, ad quos presentes venerint de ueritate predictarum reliquiarum tollatur, notum sit vniuersis, quod ipse reliquie preciosissime precipue ipsorum sanctorum Filicis et Adaucti martyrum a triginta sex annis et vltra per studiosissimam et deuotissimam solicitationem prefati Wolfgangi ad mandatum reuerendorum patrum Nicolai et Andree prouincialium prouincie Bohemie ordinis predicatorum felicis memorie diuersis fratribus factum, vt in conuentibus ac monasteriis Morauie Austrie Stirie et in Ytalia inquirerent huiusmodi reliquias, postularent et asportarent. Et factum est per successum temporis, quod de tribus distinctis locis scilicet de conuentu Cznoymensi Morauie de conuentu Bethouiensi in Stiria et de Ytalia dei gratia inuente impetrate et allate sunt more solito honeste antiquissimis panniculis (sic) sericis vetustate quodammodo consumptis

*) Die innerhalb der Klammern stehenden Worte sind mit rother Tinte geschrieben.

Digitized by Google

studiose circumvolute colligate et vetustissima scriptura propriis nominibus diligenter intitulate.

Quapropter pro speciali gloria dei et sanctorum ego frater Wolfgangus Rabenstain de Wienna arcium liberalium professor et sacre theologie lector predicator et vicarius prioris prefati conuentus Budwicensis immeritus et indignus testificor coram deo et sanctis eius presenti scripto manus proprie, quod ego bona fide et conscientia sine omni dolo et fraude reuerenter oratione premissa reliquias illas michi presentatas vidi et ad instantiam supradicti Wolfgangi contrectaui et inter eas duas notabiles particulas figura et quantitate differentes de reliquiis ipsorum sanctissimorum Felicis et Adaucti martyrum ab aliis diuisi in rubeo panniculo hic colligaui et in medio huius pectoralis vna cum aliis reliquiis manu propria diligenter, ut sciui et potui, consuendo ornando et intitulando posui et ordinaui in presentia plurium venerabilium patrum et fratrum meorum de supradictis fidele testimonium perhibentium et assensientium, quod in fidem premissorum ac testimonium sigillum officii prioratus presentibus subimpressi. Hec inclusio reliquiarum facta est anno quo supra in festo beati Egidii abbatis peracto diuino cultu ante prandium in prefato conuentu nostro.

Das auf die Rückseite der Urkunde in rothes Wachs gedruckte Siegel ist bereits fast ganz abgebröckelt.

CCLXXIV.

1481. 1. September. Budweis. — *Derselbe ermächtigt den Pfarrer Erhard von Hořitz zur Mittheilung vorstehender Urkunde an das Volk.*

Hec est vera et auscultata copia littere incluse circa reliquias in manu noua atque pectorali argenteo ecclesie parrochialis in Hericz Pragensis diocesis contentas. [Folgt Nr. CCLXXIII. mit folgenden Abweichungen: Wolfgangus Knoll — manum nouam deauratam ac deargentatam simul — deuotissime obtulit — Eodem quoque die — pectorale has reliquias — infrascriptas: Item duas — supremo loco — virginis Marie lapillus — presentes peruenerint — Ytalia etc. — Tandem per successum — panniculis sericeis — predicator et nunc temporis vicarius — in prefato conuento nostro fehlt.] Hucusque exemplar seu copia huius littere supradicte diligenter auscultate. In quorum testimonium etiam presens littera iam dicti sigilli appensione munita est. — Venerabilis et in domino Jesu

Digitized by Google

cordialissime dilecte mi domine Erharde memorate ecclesie parrochialis in Hericz pastor et rector fidelissime! Hec omnia in hys litteris contenta vestra dominatio aut alius vester successor legitimus, si prelato vestro visum fuerit, poterit secundum meam conscientiam in ecclesia vestra populo intimare pro sola gloria dei et honore sanctorum suorum ac edificatione Christi fidelium in festo sanctorum Ffelicis et Adaucti martirum ibidem conuenientium, vt maiorem ex hinc hauriant atque conseruent deuotionem atque de illorum sanctorum meritis et intercessionibus acquirant spem et fiduciam aput Christum saluatorem mundi, qui vos vestrosque successores vnacum grege vobis commisso felicissime conseruare dignetur. Valete et me vestrarum orationum deuotarum semper participem efficite etc. in vita et post mortem meam.

Vester integer et fidelis seruitor et capellanus ffrater Wolfgangus Rabenstain pui supra. Cuius hec manus propria.

Nicht gar grosses, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs. — Maria mit dem Jesukinde in gothischer Capelle, unter ihr ein knieender Mönch. — S . Prior . Budwoicen . Ord. [Predicat.??].

CCLXXV.

1481. 4. September. O. AO. — *Abt Thomas von Wilhering urkundet über den bei seiner Visitation des Stiftes Hohenfurt vorgenommenen Befund der beweglichen Güter des genannten Stiftes.*

Nos frater Thomas abbas monastery Hylariensis Cysterciensis ordinis Patauiensis dyocesis ad vniuersorum noticiam, quorum interest sew quomodolibet interereit, in futurum deducimus per presentes, quod anno domini milesimo quadringentesimo octogesimo primo quarto die mensis Septembris monasterium in Altouado dicti ordinis Pragensis dyocesis nobis inmediate subiectum personaliter visitantes et reformantes statum ipsius temporalem invenimus et reliquimus per modum subnotatum. Receperant siquidem a festo Georgy anni domini milesimi quadringentesimi octuagesimi vsque ad festum beati Augustini exclusiue anni domini etc. lxxxi^{mi} vii^{c} xxxvi tal. xxiii den. Expenderant autem per idem tempus vii^{c} xxxvi tal. xxiii den. Et recepta correspondent totaliter distributis. Habebat vero idem monasterium inter certos debitores ad xl tal., obligabatur vero idem monasterium diuersis creditoribus ad redemptionem quingentos viginti sex aureos Vngaricos. Item habebat pre manibus

Digitized by Google

in blado diuersi grani sufficienciam vsque ad noua. Item de vino tria vasa. De animalibus autem habebat equos sedecim boues viginti sex, thauros nouem vaccas quadraginta vnam vitulos nouem porcos quadraginta. Item de sanctuarys reliquiarum crucem solemnem de auro puro monstranciam argenteam extra (?) deauratam. Item due ampulle argentee et deaurate. Item de clinodys et vasis potabilibus habebat pre manibus quatuor pictoria argentea, item octo coclearia ex toto argentea. In cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presenti inventario duximus appendendum. Anno mense et die quibus supra.

Das Siegel fehlt.

CCLXXVI.

1481. 14. November. O. AO. — *Jirsik von Wettern gesessen zu Passern macht mit dem Stift Hohenfurter Hintersassen Peter Pameisel zu Kirchschlag einen Wiesentausch.*

Ich Giersigk von Wettern die zeit gesessen zvm Passawern bekenn fur mich vnd all mein eriben offentlich mit dem brieff allen, den er furkumbt ze sehen hoeren oder lesen, das ich ain redlicher auswechsl getan hab, vnd thue den wissentlich in krafft ditz brieffs, mit des wirdigen gotzhaws Hohenfurt hindersass Petern Pameisel gesessen zw Kirchslag, vmb ein wisen, darein mein weier zw Kirchslag trenkht in der maynung, was der weier nicht betrencht, soll vnd mag der benannt Peter oder wer das selb guet, darauf er yetz heuslich siczt, innhat, nutzen vnd niessen nach allem seinem willen vnd notturft; fur diselbig wisen gib ich im obgenanter Girsickh von Wettern dem benanten Petern Pameisl ain wisen die gelegen ist vnderhalb der müll, genant die lang wiss, die gehoert hat zw des Petersickern hoff doselbs ze nagst bey des Grabatschen wis, gelegen vnd der müllner hat ainen ackher vnden daran vnd die wiss ist bemarcht mit ainem espnpawm darinnen ain krewtz, das ander march mit ainem edelpawam im pach auch darinne ain krewtz ghakht vnd oben daran ligt ain grosser stain in der waid. Auch hab ich im geben ain freyen ewigen wege von seinem stadl ober mein grundt zw dem weier vnd enhalb des weier ze farn zw seinen grundten nach seiner notturft an mein meiner erben oder yemandt von mein wegen irrung vnd hindernuss; vnd ander sein nachpawren soll noch thar kainer denselben weg

Digitized by Google

nicht faren an erlawben vnd willen des gemelten Petern vnd seiner eriben oder wer dasselb gut hinfür inhat trewlich vnd ungeuerlich. Des zw ainem waren vrkund gib ich im den offen brieff besigelt mit meinem aigen anhangunden insiegel vnd zw pesser gezewgnuss der sachen hab ich meinen lieben bruder Wankw von Wettern gebeten, das er auch sein insigel zw mir an den brieff gehangen hat. Vnder das insiegel verpindt ich mich obgenanter Girsiekch von Wettern mit meinen trewen alles das war vnd stat ze haben, so der brieff innehelt vnd ausweist. Bey dem wechsel beschaw vnd marchen ist gewesen der erwirdig geistlich herr herr Thoman die zeit abbt des wirdigen gotzhaws zw Hohenfurt, herr Sixte hoffmaister auf dem Glashoff, herr Wankw von Wettern, Jankw richter zu Höritz, Mertel zw Kirchslag, Steffel, Albel, Jakob Labatz vnd ander erbern lewt. Der wechsel beschaw vnd abred ist geschehen an mittichen nach sand Mertntag als man zelt nach Kristi gepurdt tawsent vier hundert vnd im ainsvndachtzigisten jare.

Zwei kleine, gut erhaltene an Pergamentstreifen hängende Siegel in schwarzem Wachs. *a)* Bekannt. *b)* Dasselbe bereits oben beschriebene Zeichen derer von Wettern. — S . Wenceslai . De . Wietrzine.

CCLXXVII.

1483. 15. November. Krumau. — *Der Cardinalpriester Johannes, apostolischer Legat, verleiht auf Bitten des Pfarrers Erhard von Höritz dessen Kirche einige Indulgenzen.*

Joannes miseratione diuina tituli sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis de Aragonia ac apostolice sedis legatus etc. salutem in domino sempiternam cum propheta dicente: „Dominum in sanctis eius laudari deceat, quia gloriosus deus in sanctis suis.“ Cupientes igitur ad supplicationem domini Herhardi plebani ecclesie sancte Chatarine Prayensis diocesis in oppido Horrici congruis frequentetur honoribus, et a Christi fidelibus in debita veneratione habeatur, ac luminaribus libris fabricis calicibus et aliis ecclesiasticis ornamentis congrue fulciatur et in eius structuris edificetur ac edificiis conseruetur ac manuteneatur, fidelesque ipsi eo libentius deuotionis causa confluant ad prenominatam ecclesiam ac ad fulcimentum conseruationem manutentionem et edificationem huiusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ibidem dono celestis gratie vberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei

Digitized by Google

misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, qui dictam ecclesiam sancte Catharine deuote visitauerint ac supradicta caritatis opera prestiterint, in festiuitate sua in die sancte Felicis et Adaucti in singulis stiuitatibus (sic) beate virginis Marie in festiuitatibus sanctorum Floriani et Christophori Barbare ac beate Dorothee annuatim, ac ad fulcimentum et conseruationem huiusmodi manus porrexerint adjutrices, vt prefertur, nos pro singulis predictis diebus et vicibus, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eorum penitentiis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis et futuris temporibus duraturis. In quorum fidem presentes litteras exinde fieri fecimus nostrique pendentis sigilli juximus (sic) appensione communiri. Datum in ciuitate Crumlouiensi decimo quinto Nouembris M° CCCCLXXXIII° pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti anno tercio decimo. L. Aquilanus Episcopus.

Das an eine rothe Hanfschnur gehängt gewesene Siegel ist nicht mehr vorhanden.

CCLXXVIII.

1483. 16. November. Trzebon. — *Derselbe verleiht der Hohenfurter Stiftskirche Indulgenzen.*

Johannes miseracione diuina tituli sancte Sabine sacro sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis de Aragonia ac apostolice sedis gratia legatus etc. vniuersis et singulis presentes litteras visuris lecturis pariter et audituris salutem in domino sempiternam. Dum preclara gloriose dei genitricis Marie insignia intra nostri cordis archana recensemus, dum etiam mente sedula rogitemus, quod ipsa ab eterno preordinata dei filium patri consubstancialem et coeternum mirabili spiritus sancti cooperacione pro humani generis primi parentis lapsu eterna pena militari redemptione deum nobis et hominem protulit saluatorem, apud quem pro nostra salute assidius intercessionibus instare non desinit, dignum ymmo pocius debitum reputamus, ut ecclesias et domus claustrales ad sui nominis reuerenciam dedicatas spiritualibus priuilegiis indulgenciis videlicet et remissionibus decoremus. Cupientes igitur toto desiderio et afectu ad supplicacionem reuerendi patris domini Thome humilis abbatis Altovaddensis, ut capella constructa et dedicata in

Digitized by Google

honorem ipsius gloriose virginis Marie congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus in debita veneracione habeatur ac luminaribus libris calicibus fabricis et aliis ecclesiasticis ornamentis congrue fulciatur et in eius structuris edificetur et edificiis conseruetur ac manuteneatur, fidelesque eo libencius deuocionis causa confluant ad eandem ecclesiam ac ad fulcimentum conseruacionem manutencionem et edificacionem huiusmodi manus prompcius porrigant adiutrices, quo ibidem dono celestis gratie se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, qui dictam capellam omnibus festiuitatibus ipsius beate Marie virginis in anno occurrentibus in natiuitate domini in diebus etiam sanctis pache (sic) et penthecostes ac dedicacionis eiusdem annuatim ad fulcimentum et edificacionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, nos pro singulis diebus predictis et vicibus, quibus id fecerint ac deuote orauerint et visitauerint, centum dies de iniunctis eorum penitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis temporibus duraturis. In quorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras fieri jussimus nostrique sigilli pendentis fecimus communiri. Datum Trzebon decimo sexto die Nouembris millesimo CCCC. octuagesimo tercio. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidencia pape quarti anno tercio decimo.

L. Aquilanus episcopus s.

Das an eine rothleinene Schnur gehängt gewesene Siegel ist jetzt ganz zerbröckelt.

CCLXXIX.

1484. 28. März. Hohenfurt. — *Bartholomäus de Camerino, Bevollmächtigter des Papstes Sixtus IV. in Sachen des Kreuzzuges gegen die Türken, ermächtigt den Abt Thomas und den Convent zu Hohenfurt, sich durch einen beliebigen Priester von allen Sünden und Vergehen lossprechen zu lassen.*

Nos Bartholomeus de Camerino per sanctissimum dominum nostrum Sixtum papam quartum commissarius et executor specialiter deputatus super execucione et expedicione indulgenciarum sancte cruciate per prefatum sanctissimum dominum nostrum papam pro fidei catholice defensione concessarum vobis omnibus et singulis, ad quos presentes nostre littere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod prefatus sanctissimus dominus noster papa

Digitized by Google

considerata magnitudine calamitatis et periculi, in qua religio christiana versatur propter crebros incursus nephandissimorum Turcorum, qui quottidie nituntur orthodoxe fidei cultores inuadere et truculenta nece mactare et in sue spurcissime secte errores inducere et a veritate prefate fidei deuiare superstites, cupiens indemnitati fidei corporis animeque subditorum saluti prouidere, ut fideles ipsi ad defensionem dicte fidei prompcius assurgant, per spiritualem thesaurum militantis ecclesie, cui nunquam exhauriri potest, necessaria suffragia decreuit exquirere per plenissimas indulgenciarum gracias, invitando et exhortando per suas patentes litteras concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices, qui per se uel alium in pecunia uel bonis aliis tantum contribuerint cum effectu, quantum in vna ebdomada pro se seque familie victu exponere consueuerunt seu quantum cum commissariis deputatis conuenerint, tam ipse quam quilibet de ipsorum contribuencium familia possint sibi ydoneum eligere confessorem presbiterum secularem vel regularem curatum uel noncuratum, qui confessione eorum diligenter audita concedere possit et valeat absolucionem plenariam omnium suorum peccatorum, quantumcumque grauium et enormium eciam si talia forent, propter que sedes apostolica esset merito consulenda, exceptis criminibus et peccatis conspiracionis in Romanum pontificem et sedem apostolicam et iniectionis manuum violentarum in episcopos et superiores prelatos, et ut possit absoluere ab omnibus censuris et penis ecclesiasticis, quibuscumque et quomodocumque contractis a iure uel ab homine inflictis seu promulgatis cum dispensacione et absolucione omnium votorum, exceptis votis dumtaxat religionis et castitatis, et cum dispensacione et absolucione omnium irregularitatum, exceptis irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario et bigamia, semel in vita et eciam in mortis articulo sepius ac pluries constitutis dicta plenaria absolucio impendi valeat, tociens quociens infirmitate grauati de morte timerent, et in aliis dicte sedi non reseruatis casibus, tociens quociens id pecierint, de absolucionis beneficio prouidere, et in uero mortis articulo plenariam omnium suorum peccatorum remissionem et absolucionem impendere. Et quia deuoti in Christo reuerendus pater dominus Thomas abbas monasterii Altiuadensis et totus suus conuentus tunc existens videlicet Andreas primus, Thomas 2us Vincencius Jacobus Johannes primus Andreas 2us Procopius Sigismundus Sixtus Johannes 2us Vitus Henricus Paulus Bartholomeus

Digitized by Google

Philippus Johannes tercius Cristoferus Petrus Wolfgangus Gregorius Thomas conuersus sue salutis memores volentes dictas indulgenciarum gracias consequi contulerunt suam elemosinam iuxta apostolice sedis indultum, idcirco tenore presencium committimus et mandamus omnibus sacerdotibus electis per prefatos contribuentes, quod absoluant eligentem, ut premittitur, commutando vota, si qua emisit, in istam sanctam expedicionem iuxta tenorem litterarum apostolicarum concessarum dicte sancte expedicioni facta prius composicione cum dictis commissariis uel cum eorum substitutis super casibus sedi apostolice specialiter reseruatis. In quorum fidem presentes fieri fecimus et sigilli, quo ad hoc vtimur, impensione communiri. Datum in monasterio Altiuadensi anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto die mensis XXVIII. Marcii.

Nach einer Abschrift im hs. Codex N. 86, f. 44b, gleichzeitig.

CCLXXX.

1484. 16. April. Rom. — *Mehrere Cardinäle verleihen der Pfarrkirche in Rosenthal einige Indulgenzen.*

Oliuarius Sabinensis, Julianus Ostiensis episcopi, Joannes tituli sancte Praxedis, Hyeronimus tituli s. Christofori, Paulus tituli s. Sixti, Gabriel tit. ss. Sergii et Bachi, Joannes tit. sancti Stephani in Celio monte, Petrus t. s. Nicolai inter imagines presbiteri, Franciscus s. Eustachii, Raphael t. s. Georgii ad vellus aureum diaconi miseracione diuina s. Romane ecclesie cardinales, uniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Tocies Christi fidelium animarum prouidemus, quoties ipsorum ad opera charitatis incitamus. Cupientes igitur ut parochialis ecclesia ss. Simonis et Jude in Rosenthal Pragensis dioecesis congruis frequentetur honoribus et Christi fidelibus jugiter veneretur reparetur et conseruetur, luminaribusque libris calicibus et aliis ecclesiasticis ornamentis fulciatur, ibique cultus augeatur diuinus, utque Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem ac ad praemissa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono caelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, supplicacionibus etiam dilecti in Christo Sigismundi Klok dicte ecclesiae plebani inclinati de omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus authoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere paenitentibus et

Digitized by Google

confessis, qui dictam ecclesiam in singulis videlicet ss. Simonis et Judae Sigismundi martyris ac feriae 2dae post festum pentecostes immediate sequentis commemorationis animarum fidelium defunctorum ipsiusque ecclesie dedicationis festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad 2das inclusive devote visitaverint annuatim ac ad praemissa manus porrexerint adiutrices, nos cardinales praefati videlicet quilibet nostrum per se pro singulis festivitatibus prefatis, quibus id fecerint, centum dies de iuiunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem presentes nostras literas fieri nostrorumque sigillorum iussimus appensione communiri. Datum Rome in domibus nostris anno a natiuitate domini 1484. die sexta decima mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape qninti anno tercio decimo.

Nach einer Abschrift aus dem 17. Jahrhundert.

CCLXXXI.

1485. 7. April. Krumau. — *Die Brüder Wok und Peter von Rosenberg treten dem Abte Thomas und dem Convente zu Hohenfurt zur Entschädigung für das Dorf Humno das Dorf Sstiedrkow ab.*

My Wok a Petr wlastnij bratrzij z Rozuberka etc. gmenem nassim a gmych bratrzij y diedizuow nassich wyznawame tiemto listem wssem wuobecz a przedewssemi, ktoz geig vzrzie a czisti nebo cztucze slysseti budu, jakoz sme vdielali na panstwie nassem ribnik nowy v Humna, genz slowe „posmiechow“, kterymzto ribnikem zatopili a swędli sme geden lan diediny k Zaborzi przislussegiczie giczie s platy, s ospy a ginym przislussenstwym, kteryzto lan diediny przislussel gest welebnemu a naboznemu v boze otczi a kniezi kniezi Thomassowi opathowi y conuentu klasstera nasseho Wyssebrodie y prosili sme swrchupspsaneho knieze opatha y bratrzij tehoz conuentu, ze gsu k tomu swolili a nam swu dobru wuoli w tom pro nasse dobre okazali, ze gsu od nas odmienu slussnu za se przigiali; tocziz wes Sstiedrkow rzeczenu, w niz gsu trzie dworowe s lidmi, s platy na panstwie nassem Roznberskem, kterazto wes swrchupsanu Sstiedrkow s platy y s lidmi platnymi s diedinami ornymi y neornymi, s lukami, s chrastmi, s chrastinami, s pastwami, s pastwisstiemi, s obczemi, s mezemi y s hraniczemi,

Digitized by Google

iakozto od starodawna w swem polozenie zalezij y se wssij zwoli a wsselikym przislussenstwim, czoz kte wsy a lidem przislussij tak se wssim, iakoz sme sami drzeli nicz o wssem sobie du na tom ani swym diediczom a buduczim prawa zadneho nepozuostawugicz, ani ktereho zwlasstenstwie, ku prawemu diedicztwij a plnemu panstwij postupili sme a moczi listu tohoto postupugem swrchupsanemu kniezi opathowi klasstera Wyssebrodskeho nynieissiemu y buducziemu y conuentu tehoz klasstera nynieissiemu y buducziemu. A mame, dluznij gsme a powinnij slibugicze tiemto listem nassym, dobru nassi wieru krzestiansku nadepsanemu kniezi opathowi y conuentu klasstera swrchupsaneho nynieissiemu y buducziemu tu swrchupsanu wes se wssim przislussenstwim, czoz kte wsy przislussij tak, iakoz se swrchupisse a gmenuge, kdyz kolowiek my aneb nassij diediczi a buduczij na pomenuti budem, hned na prwe suche dnij, neb na druhe bezelsti, a konecznie na trzetie suche dnij we dczky zemske a w acta wloziti a zapsati ku prawemu gich diedicztwij a plnemu panstwij a zpraweze hodne postawiti wedle rzadu a obyczege zemie Czeske czistie bez zmatku wsselikterakeho, tak iakoz zemie Czeska za prawo ma, tak aby swrchupsana wes s platy, s lidmi y se wssim przislussenstwim k tomu boziemu domu a klassteru swrchupsanemu wiecznie przislusseli, drzany a poziwany byli bez nassij a nassich diediczuow y buduczich wsselikterake przekazky. Tomu na potwrzenie peczetij nasse wlastnie rozkazali sme przziwiesiti k tomuto listu dobrowolnie. Genz gest dan a psan na Crumlowie letha od narozenie syna bozieho tisiczieho cztrsteho osmdesateho pateho ten cztwrtek po hodu welikonocznim.

Zwei ziemlich grosse, an Pergamentstreifen hängende, fast völlig gleiche Siegel in rothem Wachs. — Ein Schild mit einer Rose, darüber ein Helm, wieder mit einer Rose. — Sigilu. Wocconis. De. Rosenberg, und Sigillu. Petri. De. Rosenberg.

CCLXXXII.

1487. 12. Februar. O. AO. — *Vergleich zwischen dem Abte Thomas von Hohenfurt und den Stiftsunterthanen von Plaben an einem, dann dem Budweiser Bürger Mathias Ramschisl an dem anderen Theile wegen eines neugemachten Teiches und einer Wasserleitung.*

Stala se smulawa o ruozniczy wzniklu, kteraz gest byla mezy cztihodneho a welebneho knieze Thomasse opata klasstera Wysse-

brodskeho a geho m^{u} (sic) lidmi z Plawa s gedne, a mudrym a spatrnym Matiegem Ramssislem miesstieninem z Budiegiowicz s strany druhe, czoz se dotycze rybnika dielanie noweho, a to dobrowolna a przatelska, ze ma tyz Matiegi czestu nad chabotem vdielati a oprawiti s obu stranu, pokudz koli geho meze vkazugi toho dwora na swoy naklad a swu praczy, on y geho buduczie. A nowy przickop, yakoz gest vdielal w swych lukach, gma tyz Matieig a geho buduczij prazdniti ssirze, aby woda spadowa mohla swobodnie bez prsekazky swug tok gmieti. Nez przepustilliby pan bouh, ze by se rzeka zwodnila a spadowu wodu spatkem przickopem tiskla, to nema temuz Matiegiowi ani geho buduczim k zadne sskodie byti. Czoz se lidij welebneho knieze opata dotycze z Plawa a stoka stara, kteruz gest prwe woda ssla, kteraz gest rybnikem nowym stawena, tagiz ma buducznie minuti, o to zadnych ruozmy wiecz nema byti. A czoz se dotycze stok w gruntech lidij knieze opatowych z Plawu, tij magi na swych gruntiech swe stoky sami prazdniti, aby mohla woda s gich gruntow zbiehnuti. A przi tee smluwie gsu byli cztihodny a welebny kniez Thomass opat Wissebrodsky, kniez Sixtus a kniez Bartholomiegi bratrzij geho a vrozenij panosse slowutne opatrnosti miesstiane Petr z Dobrohosstie purkgrabie na Crumlowie, Oldrzich ze Dworeze tee chwile purgrabie na Welessine, Jan z Dubee tehdaz purgrabie na Rozmbercze, Wylem z Trzebomyslicztez, Jan Czimspan z Hersslaku, Gira na Rynku, Girzik, Jan Prinzer (?), Sstiepan z Czeske vlicze, Pawel Judenrichter, Prokop Ssten, Hanuss Plob, Petr Klemar, Martin Tuczny, Jan Khoczenczagel, Augustin a Rzehorz Ramssislowe a mudrzij a opatrnij miesstiene z Crumlowa Mathiass z Wewarzij, Gira Petrlik, Pawel Hoch, Petr Skopecz richtarz w Swinech a Jan richtarz Kapliczky. Tomu na swiedomie a k prozbie snazne slowutnych panow purgmistra a raddy y wsseho miesta Budiegiowskeho peczet wietssij gest przziwiessena listu tomuto, miestu a geho obywatelom beze wsse sskody. Genz gest dan a psan leta od narozenie syna bozieho tisicznieho cztyrzsteho osmdesateho sedmeho ten pondielij przed swatym Valentinem.

Ziemlich grosses, an einem Pergamentstreifen hängendes Siegel in rothem Wachs. — Das Wappen der Stadt Budweis, darüber ein Helm mit einer Königskrone. Zu unterst: 1479. — Sigillum. Maius. Ciuitatis. Buduoicen.

Digitized by Google

CCLXXXIII.

1467. 17. November. Krumau. — *Peter von Rosenberg verkauft seinem Kanzler Wenzel den Hof in Rowna (Ruben) um 600 ungrische Gulden zu Gunsten der nach dem Andreas von Nemischl hinterbliebenen Waisen.*

